



LAUDARE
PRÆDICARE
BENEDICERE





COLLECTARIUM

SACRI ORD. FF. PRÆDICATORUM

AUCTORITATE APOSTOLICA

APPROBATUM

ET REVERENDISSIMI PATRIS

FR. VINCENTII AJELLO

EJUSDEM ORDINIS

MAGISTRI GENERALIS

JUSSU EDITUM



ROMÆ, MDCCCXLVI.

TYPIS JOSEPHI SALVIUCCI ET FRANCISCI FILII.

PRÆSIDUM FACULTATE.

1605/811.

CLEMENS PAPA XII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.


EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Thomas Ripoll Magister Generalis totius Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod alias emanarunt a felicis recordationis Innocentio Papa XI. Prædecessore nostro, ad instantiam tunc in humanis agentis Antonini Cloche ejusdem Ordinis, dum viveret, Magistri itidem Generalis, Litteræ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet: Innocentius PP. XI. Ad perpetuam rei memoriam. Cum, sicut dilectus filius Antoninus Cloche Magister Generalis Ordinis Prædicatorum Nobis nuper exponi fecit, ipse Missale, Breviarium, Diurnum, Martyrologium, Rubricarium, Processionale, Psalterium, Officium B. Mariæ Virginis, Kalendarium perpetuum, et reliquos Libros chorales, quibus personæ utriusque sexus dicti Ordinis utuntur, in Alma Urbe nostra, prævia debita approbatione, propediem typis mandare intendat: vereatur autem, ne alii eosdem Libros postea, nec ea, qua decet sedulitate, et castigatione edi curent. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur specialem ipsi Antonino Magistro Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; universis, et singulis utriusque sexus Christifidelibus, præsertim vero Typographis, Librorum Impressoribus, et Bibliopolis ubilibet existentibus sub excommunicationis latæ sententiæ, in nostra vero temporali ditione commorantibus etiam quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amissionis Typorum, et Librorum omnium eidem Cameræ applicandorum absque aliqua declaratione incurrendis, et exigendis pœnis, interdicimus, et inhibemus, ne Missale, Breviarium, Diurnum, Martyrologium, Rubricarium, Processionale, Psalterium, Officium B. Mariæ Virginis, Kalendarium perpetuum, aliosque Libros chorales præfatos, vel eorum aliquos, aliquamve partem, posthac in perpetuum absque expressa, et in scriptis accepta dicti Antonini moderni, et pro tempore existentis Magistri Generalis dicti Ordinis facultate, cujus exemplum in principio, vel fine cujusque Librorum hujusmodi impressum una cum præ-

sentibus nostris Litteris semper addendum erit, imprimere, aut ab aliis impressa vendere, seu venalia habere, vel proponere quovis modo audeant, vel præsumant. Mandantes universis, et singulis Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, et aliis locorum Ordinariis, eorumque Vicariis in spiritualibus Generalibus, seu Officialibus, ac in Statu nostro Ecclesiastico Legatis, Vice-Legatis, Gubernatoribus, Potestatibus, et aliis Officialibus, ceterisque, ad quos quomodolibet spectat, et spectare poterit, ut quando, et quoties pro parte dicti Magistri Generalis, seu nomine dicti Ordinis requisiti fuerint, prædicta contra inobedientes quoscumque, etiam per censuras Ecclesiasticas, et alia opportuna juris, et facti remedia auctoritate Apostolica exequantur, et observari faciant, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumpta, seu exempla etiam in ipsis Libris impressa, manu alicujus Notarii publici subscripta, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munita, eamdem prorsus fidem ubique locorum in judicio, et extra faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Augusti MDCLXXXVIII. Pontificatus nostri Anno duodecimo. I. F. Albanus. Loco ✣ Annuli Piscatoris. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ipse Thomas Magister Generalis Litteras Innocentii Prædecessoris hujusmodi, ne ulla ratione, seu arte infringi, eludi, aut labentis temporis decursu labefactari valeant, sed ut eo validius subsistant, ac exactius serventur, quo multiplici firmitatis vinculo sæpius fuerint ab hac S. Sede constabilitæ, Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio communiri summopere desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Thomæ Magistri Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas Innocentii Prædecessoris Litteras, et in eis contenta quæcumque auctoritate

Apostolica, harum serie approbamus, et confirmamus, ac quatenus opus sit, innovamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjungimus. Præterea omnibus, et singulis dicti Ordinis utriusque sexus personis, nunc, et pro tempore existentibus sub privationis vocis activæ, et passivæ, ne aliis quibuscumque Missali, Breviario, Diurno, Martyrologio, Rubricario, Processionali, Psalterio, Officio Beatæ Mariæ Virginis, Kalendario perpetuo, ceterisque Libris choralibus, vel eorum aliquo, aliquave parte, quam iis, quæ in Alma Urbe præfata, vel de expressa, et in scriptis accepta ejusdem Thomæ moderni, seu pro tempore existentis Magistri Generalis Ordinis prædicti facultate, et licentia, cujus exemplum in principio, vel fine cujusque Librorum hujusmodi per extensum impressum una cum præinsertis, aut præsentibus Litteris semper additum sit, typis mandata, seu impressa fuerint, deinceps perpetuis futuris temporibus uti; Superioribus vero dicti Ordinis cujusvis gradus, dignitatis, ac præeminentiæ existant, sub suspensionis ab officio, quod obtinent, ac perpetuæ ad idem, vel quodcumque aliud simile, vel dissimile in futurum obtinendum inhabilitatis pœnis eo ipso absque alia declaratione per transgressores respective incurrendis, ne dictorum Librorum, vel alicujus, seu partis eorum aliter quam, ut supra dictum est, impressorum usum præfatis personis sibi subditis permittere audeant similiter, vel præsumant, eadem auctoritate, tenore præsentium præcipimus, et mandamus. Decernentes ipsas præsentes Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia inviolabiliter, et exacte observari; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, necnon omnibus, et singulis, quæ in præinsertis Innocentii Prædecessoris Litteris concessa sunt, non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterum volumus pariter, ut præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam in ipsis Libris impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIX. Septembris MDCCXXXVI. Pontificatus nostri Anno Septimo.

PRO D. CARDINALE OLIVERIO.

P. L. Jacquet.

IN DEI FILIO SIBI DILECTIS

FRATRIBUS ET SORORIBUS ORD. PRÆD.

FR. VINCENTIUS AJELLO

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSOR, AC TOTIUS EJUSDEM ORD. HUMILIS MAGISTER GENERALIS

ET SERVUS

SALUTEM ET ORANDI STUDIUM.



UONIAM Collectarii exemplaria, quæ adhuc supersunt, temporis edacitate sunt consumpta, novam elegantioremque editionem, cui Officia Sanctorum novissime Ordini nostro a Sede Apostolica concessa, addita essent, vobis offerre curavimus. Paternæ igitur in vos sollicitudinis nostræ, Fratres Dilectissimi, pignus habete; et ita Deum misericordiarum patrem rogate, ut quod nunc cum fletu petitis, quando ipsi placuerit, cum exultatione comprehendatis. Valete, nostri, sociorumque nostrorum memores in orationibus vestris.

Datum Romæ apud S. Mariam supra Minervam die 8. Augusti 1846.

FR. VINCENTIUS AJELLO

MAGISTER ORDINIS

Reg. pag. 93.

F. Hyacinthus M. Barberi Mag. et Socius.

ORDO ET SERIES

COLLECTARII

TABULA PASCHALIS

Litteræ Dominic.	Cyclus Epactarum.	Septuagesima.	Dies Cinerum.
D	23.	18 Jan.	4 Febr.
	22. 21. 20. 19. 18. 17. 16.	25 Jan.	11 Febr.
	15. 14. 13. 12. 11. 10. 9.	1 Febr.	18 Febr.
	8. 7. 6. 5. 4. 3. 2.	8 Febr.	25 Febr.
	1. * 29. 28. 27. 26. **25.** 25. 24.	15 Febr.	4 Mart.
E	23. 22.	19 Jan.	5 Febr.
	21. 20. 19. 18. 17. 16. 15.	26 Jan.	12 Febr.
	14. 13. 12. 11. 10. 9. 8.	2 Feb.	19 Febr.
	7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.	9 Febr.	26 Febr.
	* 29. 28. 27. 26. **25.** 25. 24.	16 Febr.	5 Mart.
F	23. 22. 21.	20 Jan.	6 Febr.
	20. 19. 18. 17. 16. 15. 14.	27 Jan.	13 Febr.
	13. 12. 11. 10. 9. 8. 7.	3 Febr.	20 Febr.
	6. 5. 4. 3. 2. 1. *	10 Febr.	27 Febr.
	29. 28. 27. 26. **25.** 25. 24.	17 Febr.	6 Mart.
G	23. 22. 21. 20.	21 Jan.	7 Febr.
	19. 18. 17. 16. 15. 14. 13.	28 Jan.	14 Febr.
	12. 11. 10. 9. 8. 7. 6.	4 Febr.	21 Febr.
	5. 4. 3. 2. 1. * 29.	11 Febr.	28 Febr.
	28. 27. 26. **25.** 25. 24.	18 Febr.	7 Mart.
A	23. 22. 21. 20. 19.	22 Jan.	8 Febr.
	18. 17. 16. 15. 14. 13. 12.	29 Jan.	15 Febr.
	11. 10. 9. 8. 7. 6. 5.	5 Febr.	22 Febr.
	4. 3. 2. 1. * 29. 28.	12 Febr.	1 Mart.
	27. 26. **25.** 25. 24.	19 Febr.	8 Mart.
B	23. 22. 21. 20. 19. 18.	23 Jan.	9 Febr.
	17. 16. 15. 14. 13. 12. 11.	30 Jan.	16 Febr.
	10. 9. 8. 7. 6. 5. 4.	6 Febr.	23 Febr.
	3. 2. 1. * 29. 28. 27.	13 Febr.	2 Mart.
	26. **25.** 25. 24.	20 Febr.	9 Mart.
C	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17.	24 Jan.	10 Febr.
	16. 15. 14. 13. 12. 11. 10.	31 Jan.	17 Febr.
	9. 8. 7. 6. 5. 4. 3.	7 Febr.	24 Febr.
	2. 1. * 29. 28. 27. 26.	14 Febr.	3 Mart.
	25. 25. 24.	21 Febr.	10 Mart.

NOVA REFORMATA

Pascha.	Ascensio.	Pentecostes.	Corpus Christi.	Dom. post Oct. Tr.	Dominica 1. Advent.
22 Martii.	30 April.	10 Maii.	21 Maii.	26	29 Nov.
29 Martii.	7 Maii.	17 Maii.	28 Maii.	25	29
5 April.	14 Maii.	24 Maii.	4 Junii.	24	29
12 April.	21 Maii.	31 Maii.	11 Junii.	23	29
19 April.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	22	29
23 Martii.	1 Maii.	11 Maii.	22 Maii.	26	30 Nov.
30 Martii.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	25	30
6 April.	15 Maii.	25 Maii.	5 Junii.	24	30
13 April.	22 Maii.	1 Junii.	12 Junii.	23	30
20 April.	29 Maii.	8 Junii.	19 Junii.	22	30
24 Martii.	2 Maii.	12 Maii.	23 Maii.	26	1 Dec.
31 Martii.	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	25	1
7 April.	16 Maii.	26 Maii.	6 Junii.	24	1
14 April.	23 Maii.	2 Junii.	13 Junii.	23	1
21 April.	30 Maii.	9 Junii.	20 Junii.	22	1
25 Martii.	3 Maii.	13 Maii.	24 Maii.	26	2 Dec.
1 April.	10 Maii.	20 Maii.	31 Maii.	25	2
8 April.	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii.	24	2
15 April.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii.	23	2
22 April.	31 Maii.	10 Junii.	21 Junii.	22	2
26 Martii.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii.	26	3 Dec.
2 April.	11 Maii.	21 Maii.	1 Junii.	25	3
9 April.	18 Maii.	28 Maii.	8 Junii.	24	3
16 April.	25 Maii.	4 Junii.	15 Junii.	23	3
23 April.	1 Junii.	11 Junii.	22 Junii.	22	3
27 Martii.	5 Maii.	15 Maii.	26 Maii.	25	27 Nov.
3 April.	12 Maii.	22 Maii.	2 Junii.	24	27
10 April.	19 Maii.	29 Maii.	9 Junii.	23	27
17 April.	26 Maii.	5 Junii.	16 Junii.	22	27
24 April.	2 Junii.	12 Junii.	23 Junii.	21	27
28 Martii.	6 Maii.	16 Maii.	27 Maii.	25	28 Nov.
4 April.	13 Maii.	23 Maii.	3 Junii.	24	28
11 April.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii.	23	28
18 April.	27 Maii.	6 Junii.	17 Junii.	22	28
25 April.	3 Junii.	13 Junii.	24 Junii.	21	28

TABULA TEMPORARIA

Anni Domini.	Litteræ Dominic.	Aurei Numeri.	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.
1848	b A	6	xxv.	20 Feb.	8 Mar.	23 Apr.
1849	g	7	vi.	4 Feb.	21 Feb.	8 Apr.
1850	f	8	xvii.	27 Jan.	13 Feb.	31 Mar.
1851	e	9	xxviii.	16 Feb.	5 Mar.	20 Apr.
1852	d c	10	ix.	8 Feb.	25 Feb.	11 Apr.
1853	b	11	xx.	23 Jan.	9 Feb.	27 Mar.
1854	A	12	i.	12 Feb.	1 Mar.	16 Apr.
1855	g	13	xii.	4 Feb.	21 Feb.	8 Apr.
1856	f e	14	xxiii.	20 Jan.	6 Feb.	23 Mar.
1857	d	15	iv.	8 Feb.	25 Feb.	12 Apr.
1858	c	16	xv.	31 Jan.	17 Feb.	4 Apr.
1859	b	17	xxvi.	20 Feb.	9 Mar.	24 Apr.
1860	A g	18	vii.	5 Feb.	22 Feb.	8 Apr.
1861	f	19	xviii.	27 Jan.	13 Feb.	31 Mar.
1862	e	1	*	16 Feb.	5 Mar.	20 Apr.
1863	d	2	xi.	1 Feb.	18 Feb.	5 Apr.
1864	c b	3	xxii.	24 Jan.	10 Feb.	27 Mar.
1865	A	4	iii.	12 Feb.	1 Mar.	16 Apr.
1866	g	5	xiv.	28 Jan.	14 Feb.	1 Apr.
1867	f	6	xxv.	17 Feb.	6 Mar.	21 Apr.
1868	e d	7	vi.	9 Feb.	26 Feb.	12 Apr.
1869	c	8	xvii.	24 Jan.	10 Feb.	28 Mar.
1870	b	9	xxviii.	13 Feb.	2 Mar.	17 Apr.
1871	A	10	ix.	5 Feb.	22 Feb.	9 Apr.
1872	g f	11	xx.	28 Jan.	14 Feb.	31 Mar.
1873	e	12	i.	9 Feb.	26 Feb.	13 Apr.
1874	d	13	xii.	1 Feb.	18 Feb.	5 Apr.
1875	c	14	xxiii.	24 Jan.	10 Feb.	28 Mar.
1876	b A	15	iv.	13 Feb.	1 Mar.	16 Apr.
1877	g	16	xv.	28 Jan.	14 Feb.	1 Apr.
1878	f	17	xxvi.	17 Feb.	6 Mar.	21 Apr.
1879	e	18	vii.	9 Feb.	26 Feb.	13 Apr.
1880	d c	19	xviii.	25 Jan.	11 Feb.	28 Mar.
1881	b	1	*	13 Feb.	2 Mar.	17 Apr.
1882	A	2	xi.	5 Feb.	22 Feb.	9 Apr.

FESTORUM MOBILIUM

Anni Domini.	Ascensio.	Penteco-stes.	Corpus Christi.	Indictio.	Dom. post Oct. Tr.	Domin. 1. Advent.
1848	1 Jun.	11 Jun.	22 Jun.	6	22	3 Dec.
1849	17 Maji.	27 Maji.	7 Jun.	7	24	2 Dec.
1850	9 Maji.	19 Maji.	30 Maji.	8	25	1 Dec.
1851	29 Maji.	8 Jun.	19 Jun.	9	22	30 Nov.
1852	20 Maji.	30 Maji.	10 Jun.	10	23	28 Nov.
1853	5 Maji.	15 Maji.	26 Maji.	11	25	27 Nov.
1854	25 Maji.	4 Jun.	15 Jun.	12	23	3 Dec.
1855	17 Maji.	27 Maji.	7 Jun.	13	24	2 Dec.
1856	1 Maji.	11 Maji.	22 Maji.	14	26	30 Nov.
1857	21 Maji.	31 Maji.	11 Jun.	15	23	29 Nov.
1858	13 Maji.	23 Maji.	3 Jun.	1	24	28 Nov.
1859	2 Jun.	12 Jun.	23 Jun.	2	21	27 Nov.
1860	17 Maji.	27 Maji.	7 Jun.	3	24	2 Dec.
1861	9 Maji.	19 Maji.	30 Maji.	4	25	1 Dec.
1862	29 Maji.	8 Jun.	19 Jun.	5	22	30 Nov.
1863	14 Maji.	24 Maji.	4 Jun.	6	24	29 Nov.
1864	5 Maji.	15 Maji.	26 Maji.	7	25	27 Nov.
1865	25 Maji.	4 Jun.	15 Jun.	8	23	3 Dec.
1866	10 Maji.	20 Maji.	31 Maji.	9	25	2 Dec.
1867	30 Maji.	9 Jun.	20 Jun.	10	22	1 Dec.
1868	21 Maji.	31 Maji.	11 Jun.	11	23	29 Nov.
1869	6 Maji.	16 Maji.	27 Maji.	12	25	28 Nov.
1870	26 Maji.	5 Jun.	16 Jun.	13	22	27 Nov.
1871	18 Maji.	28 Maji.	8 Jun.	14	24	3 Dec.
1872	9 Maji.	19 Maji.	30 Maji.	15	25	1 Dec.
1873	22 Maji.	1 Jun.	12 Jun.	1	23	30 Nov.
1874	14 Maji.	24 Maji.	4 Jun.	2	24	29 Nov.
1875	6 Maji.	16 Maji.	27 Maji.	3	25	28 Nov.
1876	25 Maji.	4 Jun.	15 Jun.	4	23	3 Dec.
1877	10 Maji.	20 Maji.	31 Maji.	5	25	2 Dec.
1878	30 Maji.	9 Jun.	20 Jun.	6	22	1 Dec.
1879	22 Maji.	1 Jun.	12 Jun.	7	23	30 Nov.
1880	6 Maji.	16 Maji.	27 Maji.	8	25	28 Nov.
1881	26 Maji.	5 Jun.	16 Jun.	9	22	27 Nov.
1882	17 Maji.	28 Maji.	8 Jun.	10	24	3 Dec.

JANUARIUS

*	A	Kalendis.	1	Circumcisio Domini.	Tot. Dupl.
xxix.	b	iv.	2	Octava S. Stephani Protomart.	Tres Lect.
xxviii.	c	iii.	3	Octava S. Joannis Evang.	Tres Lect.
xxvii.	d	Pridie.	4	Octava SS. Innocent.	Tres Lect.
xxvi.	e	Nonis.	5	Vigilia.	
25.xxv.	f	viii.	6	Epiphania Domini.	Tot. Dupl.
xxiv.	g	vii.	7		
xxiii.	A	vi.	8		
xxii.	b	v.	9		
xxi.	c	iv.	10	B. Gundisalvi Conf. Ord. Præd.	Tot. Dupl.
xx.	d	iii.	11		
xix.	e	Pridie.	12		
xviii.	f	Idibus.	13	Octava Epiphaniæ.	Simplex.
xvii.	g	xix.	14	S. Hilarii Ep. et C.	Duplex.
				FEBRUARII.	
xvi.	A	xviii.	15	SS. Nom. Jesu.	Tot. Dupl.
				S. Mauri Ab.	Memoria.
xv.	b	xvii.	16	B. Stephanæ de Quinzanis V. O. P.	Duplex.
				S. Marcelli P. et M.	Memoria.
xiv.	c	xvi.	17	S. Antonii Abbatis.	Tot. Dupl.
				Ante non erit Septuag.	
xiii.	d	xv.	18	Cathedræ Roman. S. Petri.	Duplex.
				S. Priscæ V. et M.	Memoria.
xii.	e	xiv.	19	B. Andreæ a Piscaria C. O. P.	Duplex.
				S. Feliciis Presb. et Mart.	Memoria.
xi.	f	xiii.	20	SS. Fabiani, et Sebastiani Mart.	Tot. Dupl.
x.	g	xii.	21	S. Agnetis Virg. et Mart.	Tot. Dupl.
ix.	A	xi.	22	S. Vincentii Mart.	Tot. Dupl.
viii.	b	x	23	S. Raymundi Conf. Ord. Præd.	Tot. Dupl.
				S. Emerentianæ V. et M.	Memoria.
vii.	c	ix.	24	B. Marcolini Conf. O. P.	Duplex.
				S. Timothei Ep. et Mart.	Memoria.
vi.	d	viii.	25	Conversio S. Pauli Apost.	Tot. Dupl.
v.	e	vii.	26	B. Margaritæ ab Hungar. Virg. O. P.	Duplex.
				S. Polycarpi Ep. et M.	Memoria.
iv.	f	vi.	27	S. Joannis Chrysostomi Ep. et C.	Duplex.
				S. Juliani Ep. et C.	Memoria.
iii.	g	v.	28	Translatio S. Thomæ Aquin. Ord. Præd.	Tot. Dupl.
				S. Agnetis secundo.	Memoria.
ii.	A	iv.	29	S. Francisci Salesii Ep. Conf.	Duplex.
				S. Pauli primi Erem.	Memoria.
				Octava S. Vincentii Mart.	Memoria.
i.	b	iii.	30	S. Martinæ Virg. et Mart.	Simplex.
				Octava S. Raymundi Conf.	Simplex.
*	c	Pridie.	31	S. Petri Nolasco Conf.	Duplex.
				Feria iii. post Dom. Septuag. fiat officium Orationis D. N. J. C. in Monte Oliveti sub ritu Tot. Dupl.	

FEBRUARIUS

xxix.	d	Kalendis.	1	S. Ignatii Ep. et Mart.	Duplex.
xxviii.	e	iv.	2	Purificatio B. M. V.	Tot. Dupl.
xxvii.	f	iii.	3	S. Blasii Ep. et Mart.	Simplex.
25. xxvi.	g	Pridie.	4	S. Andreæ Corsini Ep. et Conf.	Duplex.
				Annivers. Patrum, et Matr.	
				Ante non erit Cinis.	
xxv. xxiv.	A	Nonis.	5	S. Agathæ Virg. et Mart.	Duplex.
xxiii.	b	viii.	6	S. Dorotheæ Virg. et Mart.	Duplex.
				SS. Vedasti, et Amandi Confess.	Memoria.
xxii.	c	vii.	7	S. Romualdi Abbatis.	Duplex.
xxi.	d	vi.	8	S. Joannis de Matha Conf.	Duplex.
xx.	e	v.	9	B. Bernardi Scammacca Conf. Or. Pr.	Duplex.
				S. Apolloniæ Virg. et Mart.	Memoria.
xix.	f	iv.	10	S. Scholasticæ Virg.	Duplex.
xviii.	g	iii.	11	Desponsatio B. M. V.	Tot. Dupl.
				S. Joseph Sponsi B. M. V.	Memoria.
xvii.	A	Pridie.	12		
xvi.	b	Idibus.	13	S. Catharinæ de Ricciis Virg. Ord. Præd.	Tot. Dupl.
xv.	c	xvi.	14	B. Nicolai Palea Conf. Ord. Præd.	Duplex.
		MARTII.			
xiv.	d	xv.	15	B. Jordani Conf. II. Gen. Or. Præd.	Duplex.
xiii.	e	xiv.	16	B. Gregorii X. Papæ, et Conf.	Duplex.
xii.	f	xiii.	17		
xi.	g	xii.	18		
x.	A	xi.	19	B. Alvari Cordubensis Conf. Ord. Præd.	Duplex.
				Post non erit Septuag.	
ix.	b	x.	20	Octava S. Catharinæ de Ricciis.	Simplex.
viii.	c	ix.	21	S. Valentini Mart.	Tres Lect.
vii.	d	viii.	22	Cathedra S. Petri Antioch.	Duplex.
vi.	e	vii.	23	S. Petri Damiani Ep. C. et Eccl. Doct.	Duplex.
				Vigilia.	
v.	f	vi.	24	S. Matthiæ Apost.	Tot. Dupl.
iv.	g	v.	25	B. Constantii a Fabriano C. Ord. Præd.	Duplex.
				Locus Bissexti.	
iii.	A	iv.	26		
ii.	b	iii.	27		
i.	c	Pridie.	28	B. Villanæ de Bottis Vid. Ord. Præd.	Duplex.

Feria iii. post Domin. Sexages. fiat Commemor. Passionis D. N. J. C. sub ritu Tot. Dupl. Feria v. ante Domin. Quinquag. fiat Commem. S. Catharinæ Senens. Virg. Ord. Præd. sub ritu Dupl. Feria vi. post Dom. I. Quadrag. fiat offic. Lanceæ, et Clavor. D. N. J. C. sub ritu Tot. Dupl. Feria vi. post Domin II. Quadrag. fiat offic. sacratis. Sindonis D. N. J. C. sub ritu Tot. Dupl. In anno bissextili Fe-

				bruarius est dierum **29.** et Festum S. Matthiæ celebratur die **25.** Febr. et bis dicitur sexto Kalendas, idest die **24.** et die **25.** et Litt. Dominic. quae assumpta fuit in mense Januario mutatur in præcedentem; ut si in Januario Litt. Dominic. fuit **A** mutetur in præcedentem quae est **g.** Festum vero B. Constantii celebrabitur die **26.**	

MARTIUS

*	**d**	Kalendis.	**1**	**S. Albini Ep. et Conf.**	Tres Lect.
xxix.	**e**	**vi.**	**2**	B. Henrici Susonis Confes. Ord. Præd.	**Duplex.**
xxviii.	**f**	**v.**	**3**		
xxvii.	**g**	**iv.**	**4**	S. Casimiri Confes.	**Duplex.**
xxvi.	A	**iii.**	**5**		
25. xxv.	**b**	Pridic.	**6**	B. Jordani de Pisis Confes. Ord. Præd.	**Duplex.**
xxiv.	**c**	Nonis.	**7**	S. Thomæ Aquin. Conf. et Eccl. Doct. Or. Præd.	**Tot. Dupl.**
xxiii.	**d**	**viii.**	**8**	S. Joannis de Deo Conf.	**Duplex.**
xxii.	**e**	**vii.**	**9**	S. Franciscæ Romanæ Vid.	**Duplex.**
xxi.	**f**	**vi.**	**10**	B. Petri de Jeremia Conf. Or. Pr.	**Duplex.**
xx.	**g**	**v.**	**11**	Post non erit Cinis.	
xix.	A	**iv.**	**12**	S. Gregorii Papæ, et Conf.	**Tot. Dupl.**
xviii.	**b**	**iii.**	**13**		
xvii.	**c**	Pridie.	**14**	Octava S. Thomae Aquin.	**Solemnis.**
xvi.	**d**	Idibus.	**15**		
xv.	**e**	**xvii.**	**16**	APRILIS.	
xiv.	**f**	**xvi.**	**17**	**S. Patritii Ep. et Conf.**	Simplex.
xiii.	**g**	**xv.**	**18**		
xii.	A	**xiv.**	**19**	S. Joseph Conf. sponsi B. M. V.	**Tot. Dupl.**
xi.	**b**	**xiii.**	**20**		
x.	**c**	**xii.**	**21**	S. Benedicti Ab.	**Duplex.**
ix.	**d**	**xi.**	**22**	B. Ambrosii Sansedonii Conf. Ord. Præd. Ante non erit Pascha.	**Duplex.**
viii.	**e**	**x.**	**23**		
vii.	**f**	**ix.**	**24**	S. Gabrielis Archangeli.	**Tot. Dupl.**
vi.	**g**	**viii.**	**25**	Annuntiatio B. M. V.	**Tot. Dupl.**
v.	A	**vii.**	**26**	Octava **S. Joseph.**	Memoria.
iv.	**b**	**vi.**	**27**		
iii.	**c**	**v.**	**28**		
ii.	**d**	**iv.**	**29**		
i.	**e**	**iii.**	**30**		
*	**f**	Pridie.	**31**		
				Feria vi. post Dom. III. Quadrag. fiat offic. de quinque vulneribus D. N. J. C. sub ritu **Tot. Dup.**	

				Feria vi. post Dom. iv. Quadrag. celebr. offic. de Pretiosis. Sangu. D. N. J. C. Fer. vi. post Domin. Passionis fiat offic. Compassionis B. M. V. sub ritu **Tot. Dupl.**	

APRILIS

xxix.	g	Kalendis.	1	Octava **Annnuciat. B. M. V.**	**Solemnis.**
xxviii.	A	**iv.**	2	S. Francisci de Paula Conf.	**Duplex.**
xxvii.	b	**iii.**	3	Impres. Stigmat. S. Catharinæ Sen. Virg. Ord. Praed.	**Duplex.**
25. xxvi.	c	Pridie.	4	S. Ambrosii Ep. et Conf. et Eccl. Doct.	**Duplex.**
xxv. xxiv.	d	Nonis.	5	S. Vincentii Ferrerii Conf. Or. Praed.	**Tot. Dupl.**
xxiii.	e	**viii.**	6		
xxii.	f	**vii.**	7		
xxi.	g	**vi.**	8		
xx.	A	**v.**	9		
xix.	b	**iv.**	10	B. Antonii Neyrot Mar. Ord. Præd.	**Duplex.**
xviii.	c	**iii.**	11	S. Leonis Magni P. C. et Eccl. Doct.	**Tot. Dupl.**
xvii.	d	Pridie.	12	Octava **S. Vincentii Conf.**	Simplex.
xvi.	e	Idibus.	13	B. Margaritæ de Castello Vir. Ord. Præd.	**Duplex.**
xv.	f	**xviii.**	14	B. Petri Gonzalez Conf. Ord. Præd.	**Duplex.**
				MAJI.	
xiv.	g	**xvii.**	15	S. Hermenegildi Mart.	**Duplex.**
xiii.	A	**xvi.**	16	**SS. Tiburtii, Valeriani, et Maximi Mart.**	Tres Lect.
xii.	b	**xv.**	17	B. Claræ Gambacurtæ Vid. Ord. Præd.	**Duplex.**
xi.	c	**xiv.**	18		
x.	d	**xiii.**	19		
ix.	e	**xii.**	20	S. Agnetis de Monte Politiano Virg. Ord. Præd.	**Tot. Dupl.**
viii.	f	**xi.**	21		
vii.	g	**x.**	22		
vi.	A	**ix.**	23	**S. Georgii Mart.**	Simplex.
v.	b	**viii.**	24	**S. Adalberti Ep. et Mart.**	Memoria.
iv.	c	**vii.**	25	S. Marci Evangelistæ.	**Tot. Dupl.**
				Ultimum Paschæ	
iii.	d	**vi.**	26		
ii.	e	**v.**	27	Octava **S. Agnetis de Monte Pol.**	Simplex.
i.	f	**iv.**	28	Patrocinium S. Joseph. Conf. Spons. B. M. V.	**Tot. Dupl.**
				S. Vitalis Mart.	Memoria.
	g	**iii.**	29	S. Petri Mart. Ord. Præd.	**Tot. Dupl.**
				Ante non erit Ascensus	
xxix.	A	Pridie.	30	S. Catharinæ Sen. Virg. Ord. Præd.	**Tot. Dupl.**

MAJUS

xxviii.	b	Kalendis.	1	SS. Philippi et Jacobi Apost.	Tot. Dupl.
xxvii.	c	vi.	2	S. Athanasii Ep. et Conf.	Duplex.
xxvi.	d	v.	3	Inventio S. Crucis.	Tot. Dupl.
				SS. Alexandri Eventii, et Theoduli Mart.	Memoria.
25. xxv.	e	iv.	4	S. Monicæ Viduæ.	Duplex.
xxiv.	f	iii.	5	S. Pii V. Pap. et Conf. Ord. Præd.	Tot. Dupl.
xxiii.	g	Pridie.	6	S. Joannis ante portam Latinam.	Duplex.
				Octava S. Petri Mart.	Simplex.
xxii.	A	Nonis.	7	Coronæ Domini.	Tot. Dupl.
				Octava S. Catharinæ Senen. Virg.	Simplex.
xxi.	b	viii.	8	Apparitio S. Michaelis Archangeli.	Tot. Dupl.
xx.	c	vii.	9	S. Gregorii Nazianz. Ep. et Conf.	Duplex.
xix.	d	vi.	10	S. Antonini Arch. Flor. Ord. Præd.	Tot. Dupl.
				SS. Gordiani, et Epimachi Mart.	Memoria.
				Ante non venit ignis.	
xviii.	e	v.	11	S. Stanislai Ep. et M.	Duplex.
xvii.	f	iv.	12	B. Joannæ Lusitanæ Virg. Or. Præd.	Duplex.
				Octava S. Pii V. Pap. et Conf.	Simplex.
				SS. Nerei, Achillei, et Pancratii Mart.	Memoria.
xvi.	g	iii.	13	B. Alberti a Bergomo Conf. Ord. Præd.	Duplex.
xv.	A	Pridie.	14	B. Ægidii Conf. Ord. Præd.	Duplex.
xiv.	b	Idibus.	15	Conversio S. Augustini Ep. C. et Eccl. Doct.	Duplex.
xiii.	c	xvii.	16	S. Joannis Nepomuceni Mart.	Duplex.
				JUNII.	
xii.	d	xvi.	17	Octava S. Antonini Arch. et C.	Simplex.
xi.	e	xv.	18	S. Venantii Mart.	Simplex.
x.	f	xiv.	19	S. Petri Cælestini PP. et Conf.	Duplex.
				S. Pudentianæ Virg.	Memoria.
ix.	g	xiii.	20	B. Columbæ Virg. Ord. Præd	Duplex.
viii.	A	xii.	21	S. Bernardini Senen. Conf.	Duplex.
				Ante non erit Corpus.	
vii.	b	xi.	22	S. Servatii Ep. et Conf.	Tot. Dupl.
vi.	c	x	23		
v.	d	ix.	24	Translatio S. P. N. Dominici.	Tot. Dupl.
iv.	e	viii.	25	S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis V.	Simplex.
				S. Urbani Pap. et Mart.	Memoria.
iii.	f	vii.	26	S. Philippi Nerii Conf.	Tot. Dupl.
ii.	g	vi.	27		
i.	A	v.	28	B. Mariæ Bartholom. de Bagnesis Virg. Or. Pr.	Duplex.
*	b	iv.	29		
xxix.	c	iii.	30		
xxviii.	d	Pridie.	31	B. Jacobi Salomonii Conf. Ord. Præd.	Duplex.
				S. Petronillæ Virg.	Memoria.

JUNIUS

xxvii.	e	Kalendis.	1	S. Angelæ Mericiæ Virg.	**Duplex.**
25. xxvi.	f	**iv.**	2	BB. Sadoc et Socior. Mart. Ord. Præd.	**Duplex.**
				SS. Marcellini, et Petri Mart.	Memoria.
				Post non erit Ascensus.	
xxv. xxiv.	g	**iii.**	3		
xxiii.	A	Pridie.	4	Translatio S. Petri Mart. Ord. Præd.	**Tot. Dupl.**
xxii.	b	Nonis.*	5	S. Francisci Caracciolo Conf.	**Duplex.**
xxi.	c	**viii.**	6	S. Norberti Ep. et Conf.	**Duplex.**
xx.	d	**vii.**	7		
xix.	e	**vi.**	8	**S. Medardi Ep. et Conf.**	Tres Lect.
xviii.	f	**v.**	9	**SS. Primi, et Feliciani Mart.**	Tres Lect.
xvii.	g	**iv.**	10	B. Joannis Dominici Ep. et Conf. Ord. Præd.	**Duplex.**
xvi.	A	**iii.**	11	S. Barnabæ Apost.	**Tot. Dupl.**
xv.	b	Pridie.	12	**SS. Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazarii Mart.**	Tres Lect.
xiv.	c	Idibus.	13	S. Antonii de Padua Conf.	**Duplex.**
xiii.	d	**xviii.**	14	S. Basilii Ep. et Conf.	**Duplex.**
				JULII.	
xii.	e	**xvii.**	15	**SS. Viti, Modesti, et Crescentiæ Mart.**	Tres Lect.
xi.	f	**xvi.**	16	**S. Martialis Ep. et Conf.**	Tres Lect.
				SS. Quirici, et Julittæ Mart.	Memoria.
x.	g	**xv.**	17		
ix.	A	**xiv.**	18	B. Osannæ Virg. Ord. Præd.	**Duplex.**
viii.	b	**xiii.**	19	**SS. Gervasii, et Protasii Mart.**	Simplex.
vii.	c	**xii.**	20	**SS. Marci, et Marcelliani Mart.**	Tres Lect.
vi.	d	**xi.**	21		
v.	e	**x.**	22	Decem Millium Mart.	**Duplex.**
iv.	f	**ix.**	23	**Vigilia.**	
iii.	g	**viii.**	24	Nativit. S. Joannis Baptistæ.	**Tot. Dupl.**
				Post non erit Corpus.	
ii.	A	**vii.**	25		
i.	b	**vi.**	26	**SS. Joannis et Pauli Mart.**	Simplex.
*	c	**v.**	27		
xxix.	d	**iv.**	28	**S. Leonis Papæ et Conf.**	Memoria.
				Vigilia.	
xxviii.	e	**iii.**	29	SS. Petri, et Pauli Apost.	**Tot. Dupl.**
xxvii.	f	Pridie.	30	Commem. S. Pauli Apost.	**Duplex.**

Feria vi. post Octavam Corporis Christi fit Officium SS. Cordis Jesu sub ritu **Tot. Dupl.**

JULIUS

xxvi.	g	Kalendis.	1	Octava S. Joannis Baptistæ.	Simplex.
25. xxv.	A	vi.	2	Visitatio B. Mariæ Virg.	Tot. Dupl.
xxiv.	b	v.	3	SS. Processi, et Martiniani Mart.	Memoria.
xxiii.	c	iv.	4		
xxii.	d	iii.	5		
xxi.	e	Pridie.	6	Octava Apost. Petri, et Pauli.	Simplex.
xx.	f	Nonis.	7	B. Benedicti XI. Papæ, et Conf. Ord. Præd.	Duplex.
xix.	g	viii.	8		
xviii.	A	vii.	9	BB. Martyrum Gorcomiensium.	Duplex.
				Octava Visitationis B. M. V.	Simplex.
xvii.	b	vi.	10	SS. Septem Fratrum Mart.	Tres Lect.
xvi.	c	v.	11	S. Procopii Abbatis.	Tres Lect.
xv.	d	iv.	12	S. Joannis Gualberti Abbat.	Duplex.
				Annivers. sepult. in cæmet. nostris.	
xiv.	e	iii.	13	B. Jacobi a Voragine Ep. et Conf. Ord. Præd.	Duplex.
xiii.	f	Pridie.	14	S. Bonaventuræ Ep. et C.	Tot. Dupl.
xii.	g	Idibus.	15	S. Henrici Imper. et Conf.	Duplex.
xi.	A	xvii.	16	B. Ceslai Confess. Ord. Præd.	Duplex.
				AUGUSTI.	
x.	b	xvi.	17	S. Alexii Conf.	Tres Lect.
ix.	c	xv.	18	Commem. B. M. V. de Monte Carmelo.	Tot. Dupl.
viii.	d	xiv.	19	S. Vincentii a Paulo Conf.	Duplex.
vii.	e	xiii.	20	S. Margaritæ Virg. et Mart.	Simplex.
vi.	f	xii.	21	S. Hieronymi Æmiliani Conf.	Duplex.
				S. Praxedis Virg.	Memoria.
v.	g	xi.	22	S. Mariæ Magdalenæ.	Tot. Dupl.
iv.	A	x.	23	B. Joannæ Urbevet. Virg. Ord. Præd.	Duplex.
				S. Liborii Ep. et Conf.	Memoria.
				S. Apollinaris Ep. et Mart.	Memoria.
iii.	b	ix.	24	S. Camilli de Lellis Conf.	Duplex.
				S. Christinæ Virg. et Mart.	Memoria.
				Vigilia.	
ii.	c	viii.	25	S. Jacobi Apost.	Tot. Dupl.
				SS. Christophori, et Cucuphatis Mart.	Memoria.
i.	d	vii.	26	S. Annæ Matris B. M. V.	Tot. Dupl.
*	e	vi.	27		
xxix.	f	v.	28	B. Antonii ab Eccl. Conf. Ord. Præd.	Duplex.
				SS. Nazarii, Celsi, et Pantaleonis.	Memoria.
xxviii.	g	iv.	29	S. Marthæ Virg.	Duplex.
				Octava S. Mariæ Magdalenæ.	Simplex.
				SS. Felicis, Simplicii, Faustini, et Beatricis Mart.	Memoria.
xxvii.	A	iii.	30	S. Mannis Conf. Ord. Præd.	Duplex.
				SS. Abdon, et Sennen Mart.	Memoria.
25. xxvi.	b	Pridie.	31	S. Ignatii Conf.	Duplex.
				S. Germani Ep. et Conf.	Memoria.

AUGUSTUS

xxv. xxiv.	c	Kalendis.	1	S. Petri Apost. ad vincula.	Duplex.
				SS. Machabæorum Mart.	Memoria.
xxiii.	d	iv.	2	B. Joannæ de Aza Vid.	Duplex.
				S. Stephani Papæ, et Mart.	Memoria.
xxii.	e	iii.	3	Inventio Corporis S. Stephani Protomart.	Simplex.
xxi.	f	Pridie.	4	S. Dominici Conf. Patris Nostri.	Tot. Dupl.
xx.	g	Nonis.	5	S. Mariæ ad Nives.	Duplex.
xix.	A	viii.	6	Transfiguratio Domini.	Tot. Dupl.
				SS. Sixti, Felicis, et Agapiti Mart.	Memoria.
xviii.	b	vii.	7	S. Cajetani Conf.	Duplex.
				S. Donati Ep. et Mart.	Memoria.
xvii.	c	vi.	8	B. Augustini Lucerini Ep. et Conf. Or. Pr.	Duplex.
				SS. Cyriaci, et Soc. Mart.	Memoria.
xvi.	d	v.	9	B. Joannis de Salerno Conf. Ord. Præd.	Duplex.
				Vigilia.	
xv.	e	iv.	10	S. Laurentii Mart.	Tot. Dupl.
xiv.	f	iii.	11	Octava S. Dominici P. N.	Solemnis.
				S. Tiburtii Mart.	Memoria.
xiii.	g	Pridie.	12	S. Claræ Virg.	Duplex.
xii.	A	Idibus.	13	S. Hyppoliti, et Soc. Mart.	Duplex.
				SEPTEMBRIS.	
xi.	b	xix.	14	S. Emygdii Ep. et Mart.	Duplex.
				S. Eusebii Presb. et Conf. Vigilia.	Memoria.
x.	c	xviii.	15	Assumptio B. Mariæ Virg.	Tot. Dupl.
ix.	d	xvii.	16	S. Hyacinthi Conf. Ord. Præd.	Tot. Dupl.
				Domin. infra Octavam Assumptionis B. M. V. S. Joachim Conf. et Patris B. M. V.	Tot. Dupl.
viii.	e	xvi.	17	B. Æmiliae Bicchieri Virg. Ord. Præd.	Duplex.
				Octava S. Laurentii Mart.	Simplex.
vii.	f	xv.	18	S. Rochi Conf.	Duplex.
				S. Agapiti Mart.	Memoria.
vi.	g	xiv.	19	S. Alphonsi Mariae de Ligorio Ep. et Conf.	Duplex.
v.	A	xiii.	20	S. Bernardi Conf. et Eccl. Doct.	Duplex.
iv.	b	xii.	21	S. Joannæ Franciscæ Fremiot Vid.	Duplex.
iii.	c	xi.	22	Octava Assumptionis B. M. V.	Solemnis.
				SS. Thimothei, et Symph. M.	Memoria.
ii.	d	x.	23	B. Jacobi de Mevania Conf. Ord. Præd.	Duplex.
				Octava S. Hyacinthi Conf. Vigilia.	Simplex.
i.	e	ix.	24	S. Bartholomæi Apost.	Tot. Dupl.
*	f	viii.	25	S. Ludovici Regis, et Conf.	Duplex.
xxix.	g	vii.	26	S. Philippi Benitii Conf.	Duplex.
xxviii.	A	vi.	27	S. Josephi Calasanctii Conf.	Duplex.
				S. Rufi Ep. et Mart.	Memoria.
xxvii.	b	v.	28	S. Augustini Ep. Conf. et Eccl. Doct.	Tot. Dupl.
xxvi.	c	iv.	29	Decollatio S. Joannis Baptistæ.	Duplex.
				S. Sabinæ Mart.	Memoria.
xxv.	d	iii.	30	S. Rosæ Virg. Ord. Præd.	Tot. Dupl.
				S. Felicis, et Adaucti Mart.	Memoria.
xxiv.	e	Pridie.	31	S. Raymundi Nonnati Conf.	Duplex.

SEPTEMBER

xxiii.	f	Kalendis.	1	S. Philumenæ Virg. et Mart.	Duplex.
				S. Ægidii Ab.	Memoria.
xxii.	g	iv.	2	S. Stephani Reg. et Conf.	Duplex.
xxi.	A	iii.	3		
xx.	b	Pridie.	4	Octava S. Augustini.	Solemnis.
xix.	c	Nonis.	5	B. Catharinæ de Raconixio Virg. Ord. Præd.	Duplex.
				Annivers. Famil. et Benefact. Ord. Nostri.	
xviii.	d	viii.	6	Octava S. Rosæ Virg.	Simplex.
xvii.	e	vii.	7	S. Rosæ de Viterbio Virg.	Duplex.
				S. Marcelli Mart.	Memoria.
xvi.	f	vi.	8	Nativitas B. Mariæ Virg.	Tot. Dupl.
xv.	g	v.	9	S. Gorgonii Mart.	Memoria.
xiv.	A	iv.	10	S. Nicolai de Tolentino Conf.	Duplex.
xiii.	b	iii.	11	SS. Prothi, et Hyacinthi Mar.	Memoria.
xii.	c	Pridie.	12	Domin. infra Octav. Nativit. B. M. V. celebratur Festum SS. Nominis ejusdem B. M. V. sub ritu Tot. Dup. si vero occurrerit eadem die Festum Exaltat. S. Crucis transfertur festum Nominis Mariæ in prox. fer. vacant.	
xi.	d	Idibus.	13		
x.	e	xviii.	14	Exaltatio S. Crucis.	Tot. Dupl.
				OCTOBRIS.	
ix.	f	xvii.	15	Commemorat. S. Dominici in Suriano.	Tot. Dupl.
				Octava Nativit. B. M. V.	Simplex.
				S. Nicomedis Mart.	Memoria.
viii.	g	xvi.	16	B. Imeldæ Virg. Ord. Præd.	Duplex.
				S. Euphemiæ Virg. et Mart.	Memoria.
vii.	A	xv.	17	Impressio stigmat. S. Francisci Conf.	Duplex.
				S. Lamberti Ep. et Mart.	Memoria.
vi.	b	xiv.	18	SS. Cornelii, et Cypriani Mart.	Duplex.
v.	c	xiii.	19	SS. Januarii sociorumque Mart.	Duplex.
iv.	d	xii.	20	B. Francisci de Possadas Conf. Ord. Præd.	Duplex.
iii.	e	xi.	21	S. Matthæi Apost. et Evang.	Tot. Dupl.
ii.	f	x.	22	SS. Mauritii, Sociorumque Mart.	Simplex.
i.	g	ix.	23	S. Theclæ Virg. et Mart.	Duplex.
*	A	viii.	24	B. Dalmatii Monerii Conf. Ord. Præd.	Duplex.
xxix.	b	vii.	25	S. Thomæ de Villanova Ep. et Conf.	Duplex.
xxviii.	c	vi.	26	B. Mariæ Virg. de Mercede.	Tot. Dupl.
xxvii.	d	v.	27	SS. Cosmæ, et Damiani Mart.	Simplex.
25. xxvi.	e	iv.	28	S. Josephi a Cupertino Conf.	Duplex.
				S. Wenceslai Mart.	Memoria.
xxv. xxiv.	f	iii.	29	S. Michaelis Archangeli.	Tot. Dupl.
xxiii.	g	Pridie.	30	S. Hieronymi Presb. et Conf.	Tot. Dupl.

OCTOBER

xxii.	A	Kalendis.	1	SS. Eustachii, et Socior. Mart.	Duplex.
				S. Remigii Ep. et Conf.	Memoria.
				Prima Domin. Octobr. celebratur Festum B. M. V. sub nomine SS. Rosarii cum Octava solemni.	
xxi.	b	vi.	2	SS. Angelorum Custodum.	Tot. Dupl.
xx.	c	v.	3	B. Joannis Massias Conf. Ord. Præd.	Duplex.
xix	d	iv.	4	S. Francisci Conf.	Tot. Dupl.
xviii.	e	iii.	5	SS. Placidi, et Socior. Mart.	Simplex.
xvii.	f	Pridie.	6	S. Brunonis Conf.	Duplex.
				Octava S. Michaelis Arch.	Simplex.
xvi.	g	Nonis.	7	B. Matthæi Carrerii Conf. Ord. Praed.	Duplex.
xv.	A	viii.	8	S. Birgittæ Vid.	Simplex.
xiv.	b	vii.	9	SS. Dyonisii, Sociorumque Mart.	Tot. Dupl.
xiii.	c	vi.	10	S. Ludovici Bertrandi Conf. Ord. Præd.	Tot. Dupl.
xii.	d	v.	11	Octava S. Francisci.	Simplex.
				S. Leodegarii Ep. et Mart.	Tres Lect.
xi.	e	iv.	12	B. Jacobi ab Ulma Conf. Ord. Præd.	Duplex.
x.	f	iii.	13	S. Eduardi Reg. et Confes.	Duplex.
ix.	g	Pridie.	14	B. Magdalenæ de Panat. Virg. Ord. Præd.	Duplex.
				S. Callisti Pap. et Mart.	Memoria.
viii.	A	Idibus.	15	S. Theresiæ Virg.	Duplex.
vii.	b	xvii.	16		
				NOVEMBRIS.	
vi.	c	xvi.	17	Octava S. Ludovici Conf. Or. Præd.	Simplex.
v.	d	xv.	18	S. Lucae Evangel.	Tot. Dupl.
iv.	e	xiv.	19	S. Petri de Alcantara Conf.	Simplex.
iii.	f	xiii.	20	S. Marci Pap. et Conf.	Tres Lect.
				SS. Sergii, Bacchi, et Soc. Mart.	Memoria.
ii.	g	xii.	21	SS. Ursulæ, et Sociar. Virg. et Mart.	Tot. Dupl.
i.	A	xi.	22	B. Petri Caputii Conf. Ord. Præd.	Duplex.
				S. Hilarionis Ab.	Memoria.
*	b	x.	23	B. Bartholomæi de Bragant. Ep. et Conf. Ord. Præd.	Duplex.
xxix.	c	ix.	24	S. Raphaelis Archang.	Tot. Dupl.
xxviii.	d	viii.	25	SS. Crispini, et Crispiniani Mart.	Tres Lect.
xxvii.	e	vii.	26		
xxvi.	f	vi.	27	Vigilia.	
25. xxv.	g	v.	28	SS. Simonis, et Judæ Apost.	Tot. Dupl.
xxiv.	A	iv.	29	B. Benvenutæ Virg. Ord. Præd.	Duplex.
xxiii.	b	iii.	30	Commem. SS. Martyr. et aliorum SS. quorum corpora, vel reliquiæ in Ecclesiis nostris asservantur.	Tot. Dupl.
xxii.	c	Pridie.	31	S. Quintini Mart. Vigilia.	Memoria.

NOVEMBER

xvi.	d	Kalendis.	1	Festum Omnium Sanctorum.	**Tot. Dupl.**
xv.	e	**iv.**	2	**Commem. Omnium Fidel. defunct.**	ix. Lect.
xiv.	f	**iii.**	3	B. Simonis Ballacchi Conf. Ord. Præd.	**Duplex.**
xiii.	g	Pridie.	4	S. Caroli Ep. et Conf.	**Duplex.**
xvii.	A	Nonis.	5	B. Martini de Porres Conf. Ord. Præd.	**Duplex.**
xvi.	b	**viii.**	6		
xv.	c	**vii.**	7		
xiv.	d	**vi.**	8	Octava **Omnium Sanctorum.**	Solemnis.
xiii.	e	**v.**	9	Omnium Sanctorum Ord. Præd.	**Tot. Dupl.**
				S. Theodori Mart.	Memoria.
xii.	f	**iv.**	10	**SS. Quatuor Coronator. Mart.**	Tres Lect.
				Annivers. omnium Fratr. et Soror. def. Ord. Præd.	
xi.	g	**iii.**	11	S. Martini Ep. et Conf.	**Tot. Dupl.**
				S. Mennæ Mart.	Memoria.
x.	A	Pridie.	12	Dedicatio Basilicæ S. Salvator.	**Duplex.**
ix.	b	Idibus.	13	**S. Didaci Conf.**	Simplex.
				S. Britii Ep. et Conf.	Memoria.
viii.	c	**xviii.**	14	B. Joannis Liccii Conf. Ord. Præd.	**Duplex.**
		DECEMBRIS.			
vii.	d	**xvii.**	15	B. Alberti Magni Ep. et Conf.	**Duplex.**
vi.	e	**xvi.**	16	B. Luciæ de Narnia Virg. Ord. Præd.	**Duplex.**
v.	f	**xv.**	17	**S. Gregorii Thaumat. Ep. et Conf.**	Simplex.
iv.	g	**xiv.**	18	Dedicatio Basilicæ SS. Petri, et Pauli Apost	**Duplex.**
				Octava **S. Martini Ep. et Conf.**	Simplex.
iii.	A	**xiii.**	19	S. Elisabeth Viduæ.	**Duplex.**
ii.	b	**xii.**	20	S. Felicis de Valois Conf.	**Duplex.**
i.	c	**xi.**	21	Præsentatio B. Mariæ Virg.	**Tot. Dupl.**
*	d	**x.**	22	S. Cæciliæ Virg. et Mart.	**Duplex.**
xxix.	e	**ix.**	23	S. Clementis Papæ, et Mart.	**Duplex.**
xxviii	f	**viii.**	24	S. Joannis a Cruce Conf.	**Duplex.**
				S. Chrysogoni Mart.	Memoria.
xxvii.	g	**vii.**	25	S. Catharinæ Virg. et Mart.	**Tot. Dupl.**
25. xxvi.	A	**vi.**	26	S. Andreæ Avellino Conf.	**Duplex.**
xxv. xxiv.	b	**v.**	27	B. Margaritæ de Sabaud. Vid. Ord. Præd.	**Duplex.**
				S. Vitalis, et Agricolæ Mart.	Memoria.
xxiii.	c	**iv.**	28		
xxii.	d	**iii.**	29	**S. Saturnini Ep. et Mart.** **Vigilia.**	Memoria.
xxi.	e	Pridie.	30	S. Andreæ Apost.	**Tot. Dupl.**

Si Commem. Defunct. venerit in Dominica, Festum B. Simonis celebr. die prima non impedita. Domin. II. celebr. Patroc. B. M. V. sub ritu **Tot. Dupl.** Adventus Domini celebratur Domin. proximiori Festo S. Andreæ sive ante, sive post. Et si Festum illud venerit in Domin. ipsa die celebr. de Domin. Adventus, prima autem fer. non imped. de S. Andrea. Advent. non erit ante **27.** Nov. neque post **3.** Dec.

DECEMBER

xx.	f	Kalendis.	1		
xix.	g	iv.	2	Octava S. Catharinæ Virg. et Mar.	Simplex.
				S. Bibianæ Virg. et Mart.	Simplex.
xviii.	A	iii.	3	S. Francisci Xaverii Conf.	Duplex.
xvii.	b	Pridie.	4	S. Barbaræ Virg. et Mart.	Duplex.
xvi.	c	Nonis.	5		
xv.	d	viii.	6	S. Nicolai Ep. et Conf.	Tot. Dupl.
xiv.	e	vii.	7	Ordinatio S. Ambrosii Ep. et Conf.	Duplex.
				Octava S. Andreæ Apost.	Memoria.
xiii.	f	vi.	8	Conceptio B. Mariæ Virg.	Tot. Dupl.
xii.	g	v.	9		
xi.	A	iv.	10	Translatio Almæ Domus Lauretanæ	Tot. Dupl.
x.	b	iii.	11	S. Damasi Papæ, et Conf.	Tres Lect.
ix.	c	Pridie.	12		
viii.	d	Idibus.	13	S. Luciæ Virg. et Mart.	Tot. Dupl.
vii.	e	xix.	14		
				JANUARII.	
vi.	f	xviii.	15	Octava Conceptionis B. M. V.	Solemnis.
v.	g	xvii.	16	B. Sebastiani Maggii Conf. Ord. Præd.	Duplex.
iv.	A	xvi.	17		
iii.	b	xv.	18	Expectatio partus B. M. V.	Tot. Dupl.
ii.	c	xiv.	19		
i.	d	xiii.	20	S. Dominici Silensis Abbat.	Duplex.
*	e	xii.	21	S. Thomæ Apost.	Tot. Dupl.
xxix.	f	xi.	22		
xxviii.	g	x.	23		
xxvii.	A	ix.	24	Vigilia.	
xxvi.	b	viii.	25	Nativitas Domini Nostri Jesu Christi.	Tot. Dupl.
25. xxv.	c	vii.	26	S. Stephani Protomart.	Tot. Dupl.
xxiv.	d	vi.	27	S. Joannis Apost.	Tot. Dupl.
xxiii.	e	v.	28	SS. Innocentum Mart.	Simplex.
xxii.	f	iv.	29	S. Thomæ Ep. et Mart.	Simplex.
xxi.	g	iii.	30		
xx.	A	Pridie.	31	S. Sylvestri Pap. et Conf.	Simplex.

DE OFFICIO
HEBDOMADARII
RUBRICAE GENERALES



Ebdomadarii officium incipit Sabbato in Vesperis, et terminatur in sequenti Sabbato in Nona, præterquam in Quadragesima; tunc enim Hebdomadarius præcedentis Hebdomadæ benedicit Mensam, et dicit Gratiarum actionem, licet subsequens Hebdomadarius jam fecerit officium in Vesperis ante prandium.

Stare autem debet Hebdomadarius in ea parte Chori, in qua pendet Tabella Choralis Chori index, quæ in Sabbato Dominicæ primæ Adventus in parte dextera Chori debet locari, subinde per totum annum, singulis Sabbatis, ab una parte ad aliam alternatim transferenda. In festis tamen Duplicibus, et supra, in quibus Vesperæ, Matutinæ, et Laudes in parte dextera inchoari, et finiri solent, si Chorus sit in parte sinistra, Hebdomadarius transit ad dexteram ad faciendum in præfatis Horis Officium, nisi alius fuerit designatus: finitisque Festivitatis Orationibus, redit ad partem, in qua est Tabella Choralis, ad dicendum Orationes post Salve Regína ℣ Pretiósa, et alias Horas, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, et Completorium, quæ Horæ etiam in festis Duplicibus, et supra, semper dici debent ab Hebdomadario, et ex ea parte, in qua est Chorus.

De Officio Hebdomadarii.

Ad Hebdomadarii munus communiter attinet Officium Divinum tam annuum diei, quam quotidianum B. Virginis, cum est obligationis, et hebdomadale Defunctorum inchoare, et terminare: Ante lectiones in Matutinis, in Pretiósa, et Completorio benedictiones dare: Capitula legere: Preces ad Horas: ℣ Pretiósa, et quæ sequuntur post Laudes, dicere: Antiphonas ad Cantica Magníficat, Nunc dimíttis, et Benedíctus intonare: Ante Laudes ℣ dicere: Altaria thurificare: Orationes, seu Collectas cantare: Post Completorium, dum cantatur Antiphona Salve Regína, aqua benedicta Fratres, et populum aspergere: Litanias Sanctorum recitare: Fratribus in Choro disciplinas feriales dare: Missam Conventualem celebrare: Funera exequi: In Processionibus officium facere: In Capitulo preces pro Benefactoribus persolvere: et quascumque alias Orationes, ubi Fratres simul congregati fuerint, pro quacumque occurrente occasione, dicere: nisi aliter Prælato placuerit, aut notatum fuerit: Mensam benedicere, et gratias post mensam agere.

Item ad Hebdomadarium spectat, absente Prælato, Priore Provinciali, vel Conventuali, Suppriore, vel Vicario in Capite Conventus, signum facere in Choro pro Officio divino inchoando, vel pro discessu Fratrum ex Choro, finito Officio: vel in Refectorio ante, et post mensam: similiter, si absit Prælatus, dicere Confiteor, et Misereátur ad Primam, et Completorium; Requiéscant in pace; et Adjutórium nostrum post Pretiósa; Fidélium ánimæ etc. quoties opus erit: et dare benedictionem Fratribus in fine Completorii, dicendo: Benedíctio Dei Omnipoténtis etc. descéndat super nos, et máneat semper: non autem super vos; quod pertinet tantum ad Prælatum.

Hebdomadarius detecto semper capite dicere de-

bet quæcumque ex officio dicit, eaque devota capitis inclinatione in eam, qua versus est, partem, terminare. Cum incipit Horas quascumque, dicit Capitulum, Orationes quasvis, seu Horarum, seu post Horas, et extra Horas, et post Salve Regína, ad benedictionem mensæ, Gratiarum actionem, Litanias Sanctorum, stabit verso vultu ad Altare in Choro; extra Chorum vero ad locum digniorem. At ℣ Pretiósa cum sequentibus Versibus, et Orationibus: Benedictiones quascumque, ℣ Adjutórium: et Fidélium (cum ad ipsum spectabit) dicet versa facie ad Chorum oppositum. Similiter Antiphonas intonat verso vultu ad Chorum oppositum, exceptis illis, quæ cantantur ad Processiones, quas intonat verso vultu ad Altare, vel Crucem.

Ad Pater noster, ac etiam Credo, quæ respective solent dici immediate ante, et post Horas, Hebdomadarius maneat cum Choro inclinatus profunde, vel prostratus pro tempore, usque ad signum: ad illa vero Pater noster, quæ dicuntur in Matutinis ante Lectiones, et in Pretiósa, manet inclinatus usque ad ℣ Et ne nos indúcas, quem dicit erectus versa facie ad Chorum oppositum. Similiter quando dicitur Pater noster in precibus Horarum, excepto Completorio, et Prima, ferialibus diebus ad ℣ Et ne nos indúcas, surgit, eumque dicit erectus versa facie ad Altare.

In precibus Completorii manet inclinatus usque ad ℣ Carnis resurrectiónem exclusive: in precibus autem Primæ usque ad ea verba, Perdúcat vos ad vitam ætérnam, inclusive; post quæ surgit, et vertens se ad Altare, subjungit alta voce ℣ Dignáre Dómine etc.

Horæ Canonicæ varie inchoantur. Matutinæ (dictis secreto Pater noster, et Credo) incipiunt a ℣℣ Dómine lábia mea, et Deus in adjutórium. Laudes, absque Pater noster, a Versu festivitatis proprio; ut in Ad-


ventu a ℣ **Emítte Agnum Dómine etc.,** et **Deus in adjutórium.** Prima post **Pater,** et **Credo** secreto; Tertia, Sexta, Nona, et Vesperæ post **Pater** etiam secreto, a ℣ **Deus in adjutórium;** Completorium denique post lectionem, **Fratres, sóbrii. Pater** secreto, **Confiteor,** et **Misereátur,** aliaque, ut infra, nonnulla præmissa, a ℣ **Convérte nos Deus.** ℣ **Deus in adjutórium.** Cum autem Hebdomadarius dicit ℣ **Deus in adjutórium meum inténde,** debet, stans verso vultu ad Altare, detectoque capite, munire se signo Crucis, quod et Chorus ad ℟ **Dómine ad adjuvándum me festína** faciet: et ad ℣ **Glória Patri, et Filio** usque ad ℣ **Sicut erat** exclusive, tam ipse, quam Chorus inclinabunt se profunde, vel prosternent se super formas pro tempore.

DE EO QUI FACIT OFFICIUM

IN FESTIS DUPLICIBUS, ET SUPRA.

IN Festis Duplicibus, et supra, si quis notetur ad Officium faciendum loco Hebdomadarii, debet ad utrasque Vesperas, Matutinum, et Laudes illius, Missamque festivitatis ea facere, et dicere, quæ faceret, et diceret Hebdomadarius: exceptis **Pretiósa,** et Orationibus post **Salve Regína,** aliisque, extra Horas prædictas, et Festi Officium, dicendis.

Ad illum enim pertinet præfatas Horas incipere: Primam Antiphonam super Psalmos ad utrasque Vesperas, Matutinas, et Laudes, aliasque ad M**agnificat,** et B**enedictus** intonare: Capitula, et Orationes dicere: ad præfata Cantica M**agníficat,** et B**enedíctus** Altaria incensare, prout infra dicetur; dare benedictionem ante Lectiones in Matutinis; ultimam Lectionem legere: Versum ante Laudes cantare; In die Festi benedicere mensam, et gratias agere, idque ad prandium tantum. Cetera, quæ ad munus Hebdomadarii, vel illius, qui facit Officium, spectant, infra in decursu Officii suis locis notabuntur.



COLLECTARIUM
JUXTA RITUM SACRI ORDINIS
FF. PRAEDICATORUM


MODUS
Inchoandi, et dicendi Vesperas.
SABBATO ANTE DOM. I. ADVENTUS
AD VESPERAS.

Acto signo a Prælato, vel eo absente, ab Hebdomadario, Fratres inclinantes se profunde (vel prostrati pro tempore super formas) dicant secreto Pater noster, factoque iterum signo, se erigant, et qui facit Officium, versus ad Altare, detectoque capite incipiat, muniendo se signo Crucis:




℣ De us in adju tó ri um ✠ meum in tén de.

Respondeat Chorus, muniendo se signo Crucis, capite pariter detecto, et versis vultibus ad Altare:




℟ Dó mine ad adjuvándum ✠ me festína.

Deinde inclinando iterum profunde, vel super formas pro tempore, prosequatur Chorus:




℣ Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto:


Et erigendo se:




Sicut erat in principio, et nunc, et



semper, et in sécula seculórum. Amen.




Allelúja. vel Laus tibi Dómine, Rex



ætérnæ glóriæ. ut dicitur a Septuagesima ad Pascha.

Sic autem inchoentur omnes aliæ Horæ, exceptis Completorio, Matutinis, et Laudibus, prout suo loco dicetur: Excepto etiam triduo ante Pascha, et die animarum. Deinde incipiatur Antiphona primi Psalmi.




Benedíctus.


Finitis Psalmis, et Antiphonis, dicat, qui facit Officium, Capitulum hoc modo:

MODUS


DICENDI CAPITULA.




Ecce dies véniunt, dicit Dóminus, et su-



scitábo David germen justum: et regnábit



Rex, et sápiens erit, et fáciet judícium,




et justítiam in terra. ℟ Deo grátias.

Hoc modo cantentur omnia Capitula, ita ut primo ante virgulam, vel punctum et virgulam, fiat flexio; secundo ante duo puncta fiat elevatio; tertio ante punctum flexione altera finiantur.


Pro varietate autem dictionum, numeroque, et prosodia syllabarum, varie flectenda, elevanda, et finienda sunt Capitula.

Hebraica, et monosyllaba nunquam flectuntur in medio, sed sic elevantur:




Nomen ejus Emmánuel: In monte Sion:

Modus dicendi Capitula.




Quæ fécimus nos: Virgines enim sunt:

In fine sic terminantur:




Sua Israel. Fílios Levi. Nobis: Amen.




Super te orta est. Salútis adjúvi te.

Dissyllaba sic flectuntur in medio:




Germen justum, Fáciet bona,

Sic elevantur:




Et sápiens erit: Ut splendor justus ejus:


In fine sic terminantur:




Dóminus justus noster. Omnes gentes.


Trisyllaba, et supra in medio sic flectuntur:






Sic elevantur:





Sic in fine terminantur:





Notandum autem, quod trisyllabæ dictiones, quarum penultima est brevis, flectuntur sub duabus no-

tis, elevantur sub tribus; quarum vero penultima est longa, flectuntur sub una tantum, et elevantur sub duabus, ut patet in superioribus exemplis.

Post Capitulum semper respondet Chorus: Deo grátias.

Capitulum in primis Vesperis positum regulariter dicitur etiam in secundis, ad Laudes, et ad Tertiam; nisi aliter notetur, ut in Dominicis.

Notandum præterea, quod in triduo ante Pascha, et usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam in Albis exclusive, et in die Animarum ad Vesperas, Laudes, et alias Horas, sicut et ad Laudes diei Nativitatis Domini, nullum dicatur Capitulum. Et quotiescumque in Vesperis, et Laudibus non dicitur Capitulum, tunc nec etiam dicitur Hymnus, nec Versiculus post Hymnum: loco quorum in die Paschatis, et deinceps usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam in Albis exclusive, tam in Vesperis, quam in Completorio dicitur ℟ Hæc dies.


Finitis Responsorio, Hymno, et Versiculo, si dicenda sunt, incipit Hebdomadarius ad Chorum versus, Cantore ei deferente, Antiphonam ad Magníficat.



Ec ce nomen.


Finitaque post Magníficat Antiphona, versus ad Altare dicat Orationem hoc modo:

MODUS
DICENDI ORATIONES
AD VESPERAS, LAUDES, ET MISSAM.




℣. Dominus vo bis cum. ℟. Et cum spíritu tuo.


Hebdomadarius:




Oré mus. Excita, quæsumus Dómine,




poténti am tuam, et veni: ut ab immi-




néntibus peccatórum nostrórum perículis,




te mereámur protegénte éripi, te liberánte



salvá ri. Qui vivis, et regnas cum Deo




Patre in u ni tá te Spíritus Sancti Deus:




Per ómnia sæcula sæculó rum. ℟ Amen.

Hebdomadarius:



℣ Dóminus vo bís cum.




℟ Et cum spíritu tuo.


Sequitur ℣ **Benedicámus Dómino.**
℟ **Deo grátias.**

At si memoria occurrerit facienda, dicta hac prima Oratione, et ℟ **Amen.** statim inchoatur memoria illa per Antiphonam, et dicto ℣ Hebdomadarius, præmisso **Orémus**, subjungat Orationem, quæ sicut prima Oratio terminabitur, si nulla alia Memoria succedat facienda. Si vero adhuc alia Memoria subsequatur, tunc præcedens Oratio clausula brevi terminatur: et responso **Amen.** mox secunda Memoria inchoatur, sicut de prima dictum est: et sic deinceps, donec ad ultimam Memoriam perveniatur: Et cum ad ultimam Memoriam perventum fuerit, ejus Oratio semper terminanda est clausula longiori, ut prima. Deinde subjungitur **Dóminus vobíscum.** et ℣ **Benedicámus Dómino.** Hoc idem in Laudibus, et secundis Vesperis observetur.


Orationes intermediæ, ut plurimum, finiuntur hoc modo:



Per Christum Dómi num nostrum. ℟. Amen.



vel Qui vivit, et regnat per ómnia sæcula



sæculó rum. ℟. Amen.

Orationes ultimæ finiuntur ut primæ.

MODUS
TERMINANDI ORATIONES

NOtandum est quod Orationes, vel sunt primæ, vel intermediæ, vel ultimæ, vel solæ.

Orationes quæ sunt primæ, vel ultimæ, vel solæ, quæ ad Patrem sine alterius expressione personæ diriguntur, sic concludendæ sunt: **Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia secula seculórum.** ut Oratio de B. Virgine. **Concéde nos famulos tuos, etc.** et Oratio de Trinitate **Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti, etc.**

Orationes vero, quæ ad Patrem cum expressione Filii diriguntur, quædam sic concluduntur: **Per eúm-**

dem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum; Qui tecum vivit, etc. ut supra: ut illa in die Nativitatis. Concéde quæsumus omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui etc. Quædam hoc modo: Qui tecum vivit et regnat, etc. ut prius, sicut in Circumcisione Domini: Deus, qui nobis nati Salvatóris, etc. aliæque similes.

Sunt et aliæ Orationes quæ ad Patrem diriguntur, in quarum fine fit mentio de Filio, et hoc vel per rectum hoc modo: Jesus Christus Dóminus noster, Qui tecum vivit, etc. ut supra. Sicut in Postcommunione Vigiliæ Ascensionis Tríbue. vel per obliquum sic; Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit, etc. sicut in Oratione de S. Stephano. Da nobis quæsumus Dómine, imitári quod cólimus. et in illa Deus, qui salútis ætérnæ, etc. et consimilibus.

Orationes, quæ ad Filium diriguntur, sic concluduntur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, etc.

Orationes, quæ ad Patrem, aut Filium cum expressione Spiritus Sancti diriguntur, sic concluduntur: In unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, etc.

Quæ vero cum expressione Filii, et Spiritus Sancti, diriguntur ad Patrem, sic concluduntur: Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum, etc. in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, etc.

Orationes, quæ ad ipsam Trinitatem diriguntur, sic concluduntur: Qui vivis et regnas Deus per ómnia, etc. ut fit in illa: Pláceat tibi sancta Trínitas, etc.

Primæ autem, et ultimæ, vel solæ Orationes omnium Horarum, numquam breviter concluduntur: sed semper terminantur clausula longiori, hoc modo: Per Dóminum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus: Per ómnia sécula seculórum. vel isto: Qui vivis et re-

gnas cum **Deo Patre in unitáte;** vel **Per eúmdem Dóminum.**

Orationes vero, quæ intermediæ sunt, et quas aliæ præcessere Orationes, et subsequuntur; (ut cum plures faciendæ sunt memoriæ) si ad Patrem diriguntur, sic breviter terminantur: **Per Christum Dóminum nostrum.** vel **Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.** vel **Qui vivit et regnat per ómnia sécula seculórum.** ut supra. **pag. xv.** Si autem ad Filium diriguntur, sic concluduntur: **Qui vivis et regnas per ómnia sécula seculórum.** ℟ **Amen.**

Brevi clausula terminantur Orationes post Antiphonam **Salve Regína,** quæ cantatur post Completorium: Orationes in **Pretiósa,** in Psalmis Gradualibus, et fere quæcumque dicuntur extra, et præter Officium diei: item Orationes primæ, et intermediæ Vesperarum, et Laudum officii quotidiani B. Virginis.

Quando vero plures Orationes ad invicem immediate subsequuntur, absque interpositis Antiphonis, versibus, vel **Orémus,** tunc prima, et intermediæ Orationes nulla terminantur clausula, sed sola ultima Oratio terminatur sub clausula, **Per Christum,** vel **Per Dóminum,** vel aliis supradictis, ut fit in Officio hebdomadario defunctorum; in Litaniis Sanctorum; in precibus pro benefactoribus; in orationibus post **Salve Regína,** terminatis horis diei solitis, notatis **pag. xix.** et in pluribus aliis.

Oratio vero: **Réspice quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam,** in triduo ante Pascha, absque ulla clausula terminatur.

Notandum denique, quod in ultima Oratione ad ea verba: **Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum** inclusive, Chorus inclinat profunde, vel prosternitur super formas pro tempore, surgitque ad

verba, **Qui tecum vivit,** prout fecerat in prima Oratione ab illius initio usque ad **Qui tecum vivit** exclusive, stante semper Hebdomadario; qui tamen ad verba illa: **Dóminum nostrum Jesum Christum,** modicam faciet capitis inclinationem.

Eodem modo ad Completorium, Primam, Tertiam, Sextam, et Nonam Orationes concluduntur, ad quas una tantum dicitur Oratio, sed sub alio tono, ut infra ad Completorium notatum est.

MODUS

TERMINANDI VESPERAS

ET ALIAS HORAS EXCEPTO COMPLETORIO.

Finitis Orationibus, responsoque a Choro **Amen,** subjungit Hebdomadarius ℣ **Dóminus vobíscum.** Chorus ℟ **Et cum spíritu tuo,** Cantores, vel Versicularii pro tempore ℣ **Benedicámus Dómino.** Chorus: ℟ **Deo grátias.** Absenteque Prælato, dicit Hebdomadarius graviter, et distincte ℣ **Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.** ℟ **Amen.**

Hic ℣ **Fidélium,** semper dicendus est post quamlibet Horam, et post Missam Conventualem, quando non sequitur Hora dicenda; nisi in die Cœnæ Domini, et deinceps usque ad Completorium Sabbati sancti exclusive; et nisi post Missam pro Defunctis, vel Officium defunctorum: tunc enim post ℣ **Requiéscant in pace,** et ℟ **Amen,** statim subjungitur secreto **Pater noster,** cum ceteris infra notatis.

Quando vero plures Horæ consequenter sunt dicendæ, vel Missa Conventualis cum aliqua Hora, ex-

cepta Missa, et Officio defunctorum, ut mox dictum est, tunc solum in fine ultimæ Horæ, vel Missæ dicatur: **Fidélium.**

Dicto **Fidélium**, vel **Requiéscant in pace**, Fratres inclinantes profunde, vel prostrati super formas pro tempore, dicant, **Pater noster** secreto; factoque signo a Prælato, vel Hebdomadario, genuflectentes, erectoque corpore, facie ad faciem dicant Antiph. **Salve Regína etc. Pie Pater Domínice tuórum memor, etc.** Quibus dictis, surgens Hebdomadarius dicat verso vultu ad altare:

℣ Post partum Virgo invioláta permansísti.
℟ Dei Génitrix intercéde pro nobis.
℣ Ora pro nobis beáte Pater Domínice.
℟ Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.
℣ Fiat pax in virtúte tua.
℟ Et abundántia in túrribus tuis.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus.

PRótege, Dómine, fámulos tuos subsídiis pacis, et beátæ Maríæ semper Vírginis patrocíniis confidéntes, a cunctis hóstibus redde secúros.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, beáti Domínici Confessóris tui Patris nostri patrocínio sublevémur.

ECclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces placátus admítte, ut, destrúctis adversitátibus, et erróribus univérsis, secúra tibi sérviat libertáte, et pacem tuam nostris concéde tempóribus: Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Hæ tres Orationes sub uno tantum clauduntur: **Per Christum, etc.** Deinde dicatur **Pater noster** secreto.

Modus terminandi Vesperas.

Subinde potest dici Oratio.

SAcrosánctæ, et indivíduæ Trinitáti, Crucifixi Dómini nostri Jesu Christi humanitáti, beatíssimæ, ac gloriosíssimæ Virginis Maríæ fœcunditáti, atque integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti, sit sempitérna laus, honor, virtus, et glória ab omni creatúra, nobísque remíssio ómnium peccatórum, per infiníta sécula seculórum. Amen.

℣ Et beáta víscera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt ætérni Patris Fílium.

℟ Et beáta úbera, quæ lactavérunt Christum Dóminum.


Et postea Pater noster, et Ave María, pro statu Summi Pontificis, et Ecclesiæ.

Et hoc modo semper terminantur Horæ quando Fratres recedunt a Choro tam de die, quam de nocte, excepto Completorio, et præterquam a Matutinis Cœnæ Domini usque ad Nonam Sabbati Sancti inclusive.

MODUS

INCHOANDI COMPLETORIUM.

Versicularius dicit




Ju be domne be ne dí ce re.

Quo dicto, subjungatur ab Hebdomadario, detecto capite, versoque vultu ad Chorum, Fratribus inclinantibus usque ad genua, Benedictio:




Noctem qui é tam, et finem perféctum




Dóminus. Chorus ℟ Amen.

Dictaque subinde a Versiculario brevi Lectione: Fratres sóbrii estóte, stantibus Fratribus, et ad invicem versis vultibus, responsoque ab ipsis, finita Lectione, Deo grátias, dicat Prælatus, vel in ejus absentia Hebdomadarius:



℣ Adju tó ri um nostrum in nómine Dómini.



℟ Qui fecit cœlum, et terram.

Omnes inclinantes profunde, vel prostrati super formas pro tempore, dicant Pater noster secreto; quo dicto, subjungat Prælatus, vel Hebdomadarius voce distincta, et intelligibili, sine cantu, inclinatus ut ante:

Confiteor Deo omnipoténti, et Beátæ Maríæ semper Vírgini, et Beáto Domínico Patri nostro, et ómnibus Sanctis, et vobis Fratres; quia peccávi nimis cogitatióne, locutióne, ópere, et omissióne, mea culpa; precor vos oráre pro me.

Quo finito, Chorus dicat:

Misereátur tui omnípotens Deus, et dimíttat tibi ómnia peccáta tua, liberet te ab omni malo, salvet, et confirmet in omni ópere bono, et perdúcat te ad vitam ætérnam. Ille, qui dixit Confiteor, ℟ Amen.


Postea Chorus replicat:

COnfiteor Deo omnipoténti, et Beátæ Maríæ semper Vírgini, et Beáto Domínico Patri nostro, et ómnibus Sanctis, et tibi Pater; quia peccávi nimis cogitatióne, locutióne, ópere, et omissióne, mea culpa; precor te oráre pro me. Deinde, qui primo dixit Confiteor, subjungat:


MIsereátur vestri omnipotens Deus, et dimíttat vobis ómnia peccáta vestra, líberet vos ab omni malo, salvet, et confirmet in omni ópere bono, et perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟ Amen.

Eodem modo debet semper dici Confiteor, et Misereátur, cum ab eo, qui facit Officium, seu in Choro, seu in Missa, etiam uno solo assistente, tum ab eo, aut ab iis, qui respondent in Choro, aut in Missa Conventuali, vel privata.


His dictis, erigat se Hebdomadarius, versusque ad Altare incipiat:




℣ Convérte nos Deus salutáris noster.



℟ Et avérte iram tuam a nobis.




Heb. Deus in adjutórium ✠ meum inténde.



℟ Ch. Dómine ad adjuvándum ✠ me festína.

Omnesque inclinantes profunde, vel super formas pro tempore, usque ad **Sicut erat** exclusive, prosequantur: **Glória Patri,** ut supra ad Vesperas. Et ita semper inchoatur Completorium, nisi in Feria v. Cœnæ Domini, et Feria vi. in Parasceve. Postea intonata a Versiculario Antiphona super Psalmos, cantatisque Psalmis, et Antiphona, dicat Hebdomadarius stans detecto capite, versus ad Altare:


Capitulum Jerem. 14.




Tu in nobis es Dómine, et Nomen san-



ctum tuum invocátum est super nos: ne




de re línquas nos, Dómine Deus noster.



Chorus ℟ **Deo grátias.**

Hoc Capitulum dicitur semper ad Completorium, nisi in Cœna Domini, usque ad Sabbatum ante Dominicam in Albis exclusive.


Dictis postea Responsorio, Hymno, et Versiculo, si dicenda sint, Hebdomadarius inchoat Antiphonam ad **Nunc dimittis.**




Sal va nos. Nisi aliter notetur.

Finita post Canticum Antiphona, dicuntur sequentes Preces, incipiente Cantore, et sequente Choro; inclinatis, vel prostratis omnibus Fratribus ut supra; dicique debent quotidie, nisi a die in Cœna Domini, usque ad Fer. ii. post Dominicam in Albis exclusive: et nisi in diebus Dominicis, Festis Duplicibus, et supra, et in omnibus diebus Octavarum Solemnium, et supra, hoc modo.

MODUS
DICENDI PRECES
IN COMPLETORIO.




Cantor Kyrie eléison. Chor. Christe eléison.




Kyrie eléison.


Pater noster. quo dicto secreto usque ad Et ne nos. Hebdomadarius alta voce, aliquantulum se erigens, subjungit:




℣ Et ne nos inducas in tentatiónem.



℟ Sed líbera nos a malo.




℣. In pace in idípsum.




℟. Dórmiam, et requiéscam.

Deinde Credo. secreto, quo dicto Hebdomadarius solus totus erectus, et versus ad Altare dicat alte:




℣. Carnis resurrectiónem.



℟. Vitam ætérnam. Amen.




℣. Dignáre, Dómine, nocte ista.



℟. Sine peccáto nos custodíre.

Dum preces non dicuntur, nec etiam debet dici ℣. Dignáre. ante Dóminus vobíscum. sive in Prima, sive in Completorio.





℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

D

Oratio.

Orémus. Vi si ta, quæsumus Dómine, ha bi ta ti ónem istam, et omnes in sí di as ini mí ci ab ea longe repélle: et Angeli tui sancti habi tántes in ea nos in pace cu stó di ant; et be ne dí cti o tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fí li um tuum, qui tecum vivit, et regnat in u ni tá te Spí ri tus sancti Deus. Per ómni a sécu la secu lórum. ℟ Amen.





Hic ℣ **Benedicámus.** in omnibus Horis dicendus est ab Hebdomadario, præterquam in Vesperis, et in Laudibus, dum cantantur. Si vero non cantentur, tunc etiam Hebdomadarius eum subjungit.

Oratio. **Vísita.** semper dicatur, nisi in Cœna Domini, et deinceps usque ad Feriam tertiam Paschæ inclusive: nam Sabbato Sancto, et in tribus diebus sequentibus dicitur Oratio. **Spíritum. pag. 197.**

Eodem tono, qui est idem cum tono Capitulorum supra notato **pag. ix.** cantantur omnes Orationes ad ceteras Horas, Primam, Tertiam, Sextam, et Nonam: et quotiescumque aliquæ aliæ Orationes, quæ non sunt de corpore Officii, cantandæ fuerint. Differt autem hic tonus a tono Orationum Vesperarum, Laudum, et Missæ; quod in tono Vesperarum etc. flexio fiat in notam **Mi**, ut vocant; in tono vero Capitulorum, et Horarum, in notam **Re**: ita ut in illo flexio descendat unica tantum nota infra clavem; in hoc duabus notis, et usque ad lineam, quæ est sub clavi.

Responso **Deo grátias.** detur a Prælato, vel Hebdomadario benedictio, præterquam in Cœna Domini, et Parasceve: **Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, et Spíritus sancti descéndat super vos,** si Prælatus benedicit (vel **super nos,** si sit alius) **et máneat semper.** ℟ **Amen.**

Deinde si in Vesperis fuit dictum Officium Beatæ Virginis, Hebdomadarius versus ad Altare incipiat alta voce sine cantu, dicens: ℣ Ave María grátia plena, Dóminus tecum. ℟ Benedícta tu. ℣ Convérte nos. ℣ Deus in adjutórium. dictisque Psalmis, et Antiphona: Virgo María. subjungat eadem voce:

Capitulum. Eccl. 24.

Ego Mater pulchræ dilectiónis, et timóris, et agnitiónis, et sanctæ spei. ℟ Deo grátias.

Et postea dictis ℟, Hymno, ℣, Cant. Nunc dimíttis; Antiph. Sub tuum præsídium. subjunget sine cantu pariter alta voce stans versus ad Altare ℣ Dóminus vobíscum.

Orémus. Oratio.

Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsídium; ut qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, intercessiónis ejus auxílio a nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem Dóminum nostrum.

℣ Dóminus vobíscum. ℟ Et Cum spíritu tuo.

℣ Benedicámus Dómino. ℟ Deo grátias.

Deinde immediate intonetur, Fratribus genuflexis, versisque vultibus ad invicem, Antiph. Salve Regina. a Cantore, vel Cantoribus, vel quibus illi injunxerint; et ad illa verba: Mater misericórdiæ. surgentes, processionali ordine, extra Chorum in navem Ecclesiæ egrediantur: ad eaque verba: Eja ergo advocáta nostra. usque ad verbum: Osténde. inclusive, genua flectent versi ad Altare: ad verbum: O clemens. surgentes, et stantes versis ad invicem vultibus, ut prius.

Quando non dicitur Completorium B. Virginis, tunc statim post Completorium diei, data benedictione, incipitur Antiph. Salve Regína. nisi Fer. IV. post Dom. in Ramis Palmarum, qua non dicitur Antiph. Salve

Regína. fiat tamen aspersio aquæ benedictæ ab Hebdomadario.

Dum autem cantatur Salve Regína. Hebdomadarius aspergat Fratres aqua benedicta, quam in vase decenti, a Sacrista præparatam, Versicularius, vel alius, cui Cantor injunxerit, post Hebdomadarium deferat.

In aspergendis autem Fratribus, ubi unus tantum aspergere consuevit, servet hunc ordinem: incipiat in dextro Choro ex parte Evangelii a Prælato, et antiquioribus; nisi quando, nullo Prælato existente in Choro dextro, Prior aliquis fuerit in sinistro: vel quando, Priore Conventus existente in dextro Choro, major Prælatus est in Choro sinistro; tunc enim aspergendus est prius major Prælatus, deinde immediate Prior, et Chorus dexter. Si tamen Prælatus ille, qui est in sinistro Choro, habet aliquem Fratrem Magistrum, superiorem locum obtinentem, tunc aspergendus est prius Chorus dexter: quod etiam fiat, quando existente Prælato aliquo, non Magistro, in sinistro Choro, Magister aliquis est in dextro Choro.

Quando adest aliquis Episcopus, vel Sedis Apostolicæ Legatus, debet Hebdomadarius porrigere illis Aspersorium, ut seipsos aspergant.

Fratribus aqua benedicta aspersis, aspergat et seculares, qui sunt in Ecclesia; vel si urget tempus dicendæ Orationis post Antiphonam Salve Regína. ab alio Fratre aspergantur.

Reversus ad locum suum inter Fratres Hebdomadarius, finita Antiphona, dictoque ab Acolythis versu: Dignáre me laudare te. versus ad Altare dicat eodem tono, quo Orationem Completorii, ut supra.

Orémus. Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis, et córporis salúte gaudére: et glo-

riósa Beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Dum Fratres redeunt ad Chorum, cantatur alia Antiphona, versus, et Oratio de S. Patre nostro Dominico, vel de aliquo Sancto Ordinis, vel alio Sancto pro more Provinciæ, vel Conventus. Quibus dictis Prælatus, vel ejus loco Hebdomadarius, dicit: Fidélium ánimæ. et responso Amen. omnes profunde inclinati, vel prostrati super formas, dicunt: Pater noster. et Credo. secreto. Sicque terminatur Completorium.



DE LITANIIS SANCTORUM DICENDIS POST COMPLETORIUM.



Uandocumque in Matutinis, et Laudibus fit Officium de Feria, dicantur sero præcedenti post Completorium Litaniæ Sanctorum, etiam si eo die Officium fuerit solemne. Dicto igitur Pater. et Credo. post Completorium, a Fratribus genuflexis, vel (si in Completorio fuerunt factæ prostrationes) prostratis usque ad ultimam Orationem inclusive, dicatur sine cantu Psalm. Deus in adjutórium meum inténde. cum Glória Patri etc. Choro, in quo est Hebdomadarius, primum versum incipiente, et altero alternatim respondente.

Psalmus 69. dicendus ante Litanias.

DEus in adjutórium meum inténde: * Dómine ad adjuvándum me festína.

Confundántur, et revereántur: * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et erubéscant: * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes: * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent, et læténtur in te omnes, qui quærunt te, et dicant semper: * Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus, et páuper sum: * Deus ádjuva me.
Adjútor meus, et liberátor meus es tu: * Dómine ne moréris.
Glória Patri, etc.

Finito Psalmo Hebdomadarius stans in medio Chori dicat sine cantu: Kyrie eléison. respondente Choro: Kyrie eléison, etc. ut sequitur.

LITANIÆ.

Kyrie eléison.
℟ Kyrie eléison.
Christe eléison.
℟ Christe eléison.
Kyrie eléison.
℟ Kyrie eléison.
Christe audi nos.
℟ Christe exáudi nos.
Pater de cælis Deus, miserére nobis.
℟ Pater de cælis etc.
Fili Redémptor mundi Deus, miserére nobis.
℟ Fili Redémptor etc.
Spíritus sancte Deus, miserére nobis.
℟ Spíritus sancte etc.
Sancta Trínitas unus Deus, miserére nobis.
℟ Sancta Trinitas etc.
Sancta Maria.
℟ Ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo Vírginum, ora pro nobis.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes sancti Angeli, et Archángeli, oráte pro nobis.
Omnes sancti Beatórum Spirítuum órdines, oráte pro nobis.
Sancte Joannes Baptista, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriárchæ, et Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora pro nobis.

Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Marce, ora.
Sancte Luca, ora.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Cornéli, ora.
Sancte Cypriáne, ora.
Sancte Lauréntì, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancte Dionysi cum sóciis tuis, ora.
Sancte Mauríti cum sociis tuis, ora.
Sancte Januári cum sóciis tuis, ora.
Sancti Fabiáne, et Sebastiáne, oráte.
Sancti Cosma, et Damiáne, oráte.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Petre, ora.
Sancte Joannes cum sociis tuis, ora
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Sylvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Pie, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Sancte Antoníne, ora.
Sancte Pater Domínice, ora pro nobis.
Sancte Pater Domínice, ora pro nobis.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancte Hyacínthe, ora.
Sancte Raymúnde, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Francísce, ora.
Omnes sancti Confessóres, oráte.
Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Martha, ora.
Sancta Felícitas, ora.
Sancta Perpétua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucía, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Margaríta, ora.

Sancta Ursula cum sodálibus tuis, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Rosa, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Catharína, ora.
Omnes sanctæ Vírgines, et Víduæ, orate.
Omnes Sancti, orate.
Propítius esto.
℟ Parce nobis Dómine.
Propítius esto.
℟ Exáudi nos Domine.
A damnatióne perpétua.
℟ Líbera nos Dómine.
A subitánea, et improvísa morte, líbera.
Ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, líbera.
Ab infestatiónibus dæmonum, líbera.
Ab omni immundítia mentis, et córporis, líbera.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte, líbera.
Ab immúndis cogitatiónibus, líbera.
A cæcitáte cordis, libera nos Dómine.
A fúlgure, et tempestáte, líbera.
A peste, fame, et bello, líbera nos Dómine.
A flagéllo terræmótus, líbera nos Dómine.
Ab omni malo, líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Passiónem, et Crucem tuam, líbera.
Per gloriósam Resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera.
Per grátiam sancti Spíritus Paracléti, líbera.
In die Judícii, libera.
Peccatóres, ℟ te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones, te rogámus.
Ut misericórdia, et píetas tua nos custódiat, te.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere, et conserváre dignéris, te rog.
Ut Domnum Apostólicum, et omnes gradus Ecclésiæ, in sancta Religióne conserváre dignéris, te rogámus.
Ut Epíscopos, et Prælátos nostros, et cunctas Congregatiónes illis commíssas in tuo sancto servítio conserváre dignéris, te rogámus.

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus.

Ut Régibus, et Princípibus nostris pacem, et veram concórdiam, atque victóriam donáre dignéris, te rogámus.

Ut cunctum pópulum Christiánum pretióso Sánguine tuo redémptum conserváre dignéris, te rog.

Ut ómnibus Benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rog.

Ut ánimas nostras, et paréntum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias, te rogámus.

Ut fructus terræ dare, et conserváre dignéris, te.

Ut óculos misericórdiæ tuæ super nos redúcere dignéris, te rogámus.

Ut obséquium servitútis nostræ rationábile fácias, te rogámus.

Ut mentes nostras ad cæléstia desidéria érigas, te rogámus.

Ut misérias páuperum, et captivórum intuéri, et releváre dignéris, te rog.

Ut loca nostra, et omnes habitántes in eis visitáre, et conserváre dignéris, te rogámus.

Ut civitátem istam, et omnem pópulum ejus protégere, et conserváre dignéris, te rogámus.

Ut omnes fidéles navigántes, et itinerántes ad portum salútis perdúcere dignéris, te rogámus.

Ut reguláribus disciplínis nos instrúere dignéris, te rogámus.

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam dones, te rogámus.

Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus audi nos.

Fili Dei, te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,

℟ Parce nobis Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,

℟ Exáudi nos Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,

℟ Miserére nobis.

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Pater noster. *secreto.*

℣ Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟ Sed líbera nos a malo.
℣ Post partum Virgo invioláta permansísti.
℟ Dei Génitrix intercéde pro nobis.
℣ Ora pro nobis Beáte Pater Domínice.
℟ Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.
℣ Sapiéntiam Sanctórum narrent pópuli.
℟ Et laudem eórum nunciet Ecclésia.
℣ Memor esto congregatiónis tuæ.
℟ Quam possedísti ab inítio.
℣ Salvos fac servos tuos, et ancíllas tuas.
℟ Deus meus sperántes in te.
℣ Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.
℟ A fácie inimíci.
℣ Fiat pax in virtúte tua.
℟ Et abundántia in túrribus tuis.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

PRótege, Dómine, fámulos tuos subsídiis pacis, et Beátæ Maríæ semper Vírginis patrocíniis confidéntes a cunctis hóstibus redde secúros.

Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, Beáti Domínici Confessóris tui Patris nostri patrocínio sublevémur.

Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut ad meliórem vitam Sanctórum Ordinis nostri exémpla nos próvocent, quátenus quorum memóriam ágimus, étiam actus imitémur.

Oratio.

INeffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde, ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Oratio.

PRætende, Dómine, fámulis, et famulábus tuis déxteram cæléstis auxílii, ut te toto corde perquírant, et quæ digne póstulant, assequántur.

Oratio.

ECclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces placátus admítte, ut destrúctis adversitátibus, et erróribus univérsis, secúra tibi sérviat libertáte.

Oratio.

DEus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Psalmus **Deus in adjutórium.** cum Litaniis, et Orationibus omnino omittitur in Vigilia Nativitatis Domini, in Cœna Domini, et Parasceve. Sabbato Sancto vero, in tribus diebus Rogationum, et in Vigilia Pentecostes Litaniæ cantantur ante Missam Feriæ. In tribus diebus Rogationum (si fiat de Feria) et in Vigilia Pentecostes, in sero præcedenti post Completorium dicitur Psalmus **Deus in adjutórium.** cum precibus, et Orationibus absque Litaniis.



DE DISCIPLINIS RECIPIENDIS POST COMPLETORIUM.

Diebus, quibus Completorium fuit de Feria, cum prostrationibus, etiam Tempore Paschali diebus illis, in quibus fierent prostrationes, si non esset tempus Paschale, excepto die ante Vigiliam Pentecostes, et tribus diebus ante Pascha, terminatis Litaniis Sanctorum, vel Psalmo **Deus in adjutórium.** cum suis Orationibus, si alias hæc sint dicenda; si vero hæc dicenda non sint, tunc immediate post Completorium, recipiendæ sunt Disciplinæ.

Quare dicto a Choro prostrato, et ad Disciplinas se præparante, **Confiteor.** respondeat Hebdomadarius stans in medio superioris partis Chori, et habens Disciplinam in manu, dicat: **Misereátur vestri etc.** Deinde incipiat Psalmum **Miserére mei Deus.** et Conventus illum prosequatur usque ad finem, ita ut Hebdomadarius dicat unum Versum, et Conventus alium alternatim. Dicto **Glória Patri etc.** subjungatur ab omnibus: **Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster.** secreto: quo finito, dicat Hebdomadarius ℣. **Et ne nos indúcas in tentatiónem,**

℟. **Sed líbera nos a malo.**

℣. **Salvos fac servos tuos.**

℟. **Deus meus sperántes in te.**

℣. **Dóminus vobíscum.**

℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio.

Deus, cui próprium est miseréri semper, et párcere, súscipe deprecatiónem nostram, ut quos de-

lictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum nostrum.


℟ Amen.


Dum autem Psalmus, Versus, et Oratio dicuntur, Fratribus præparatis ad Disciplinas, et prostratis super formas, circumeat Hebdomadarius totum Chorum, dando ipsis Disciplinas, incipiendo a dextris in superiori parte Chori, et descendendo. Deinde prosequatur in sinistro incipiendo ab inferioribus; nec debet pausare, quousque compleverit Psalmum, Versum, et Orationem. Quilibet autem Frater, si ille, qui dat Disciplinas, non est reversurus ad eum, potest reponere vestes suas, sed nihilominus maneat prostratus, quousque finita sit Oratio: qua finita Hebdomadarius vadat deferens Disciplinam ad Prælatum, sive ad illum, qui Prælati vices in Choro tunc gerit, a quo Disciplinam accipiat, et postea in suum locum revertatur.


Si Conventus adeo sit magnus, ut Hebdomadarius solus non possit Disciplinas interim absolvere, Hebdomadarius præcedentis septimanæ ei adjungatur, qui in Choro sinistro dabit Disciplinas circumeundo, et incipiendo a parte inferiori, ita ut uterque semel tantum circumeat Chorum.

MODUS DICENDI MATUTINAS HORAS.

FActo signo a Prælato, vel Hebdomadario, Fratres inclinantes profunde, vel prostrati super formas pro tempore, ut supra, dicant secreto Pater. et Credo. quibus dictis, facto iterum signo, surgant omnes; versisque vultibus ad Altare, incipiat Hebdomadarius sequentem Versum eodem, quo ad Vesperas, tono.







et observatis ut supra ad Vesperas notatis, ad Versum **Sicut erat.** surgens, eat cum ceteris Fratribus ad cantandum Invitatorium (excepto die Epiphaniæ) coram pulpito ad medium Chori, omnibus profunde inclinantibus versus Altare, si ibi est Corpus Christi. Dum cantatur Ivitatorium, et Psal. V**eníte exultémus.** stare debent Fratres versis vultibus ad Altare: et ad ea verba, **Veníte adorémus, et procidámus ante Deum.** devote genua flectere: ad Versum autem G**lória Patri.** ejusdem Psalmi, debet Chorus contra Chorum inclinare ad genua, quod in omnibus Versibus G**lória Patri.** observetur, excepto primo post D**eus in adjutórium.** initio Horarum, ad quem inclinatur profunde, vel super formas, ut supra dictum est, pro tempore.

In majoribus Festis, dicto Hymno, qui in die Epiphaniæ, et in die Paschatis, et per octavam usque ad Domin. in Albis exclusive omittitur, ille, qui facit Officium, intonet primam Antiphonam super Psal. primi Nocturni, sicut et super Psalmos in utrisque Vesperis, et Primam Antiphonam in Laudibus, Cantore deferente.

Cantatis Psalmis, Antiphonis, et Versu primi Nocturni, dicatur secreto Pater noster. omnibus profunde inclinatis: et sub finem erigens se, qui facit Officium, dicat eodem tono, quo ad Preces supra ℣ Et ne nos indúcas in tentatiónem. et responso a Choro erecto: Sed líbera nos a malo. dictoque ab eo, qui debet legere Lectionem: Jube Domne benedícere. Fratribus ad genua inclinatis, det benedictionem versus ad Chorum, eo ordine, et modo, quo infra notatum est p. 43. Idem observetur in aliis Nocturnis ante iv. et vii. Lectionem.


Ante singulas autem Lectiones debet dici: Jube Domne etc. ab eo, qui eas lecturus est, et dari benedictio ab illo, qui facit Officium, nisi in triduo ante Pascha, in die Animarum, et Officio Mortuorum. Si autem Hebdomadarius cantat nonam Lectionem, det benedictionem, qui immediate est supra eum in Choro citra Prælatum. Si autem supra eum nullus sit in Choro, det ille, qui immediate est infra eum.

Quando dicuntur tantum tres Lectiones, tunc etiam dicendæ sunt tantum tres benedictiones, juxta ordinem Nocturnorum. Tres enim benedictiones primi Nocturni dicuntur Feria II., et V., tres secundi Feria III., et VI., tres tertii Feria IV. et Sabbato, quando in eo non fit Officium de Beata Virgine. At quando legitur Homilia, quacumque Feria, vel die Festo Sancti legatur, semper dicendæ sunt tres Benedictiones ultimi Nocturni: quarum prima sit Evangélica léctio. non Ille nos benedícat. quæ tunc tantum dicitur in III. Nocturno, cum non est Homilia. Si autem fiat de B. Virgine, dicendæ sunt ordine supradicto propriæ benedictiones, pag. 44.

MODUS DICENDI LAUDES.

DIcto ultimo Responsorio dicitur Canticum Te Deum laudámus. quod tamen omittitur diebus mox specificandis, videlicet: omnibus diebus, quibus fit de Feria, et in Festis Trium Lectionum per totum annum: in triduo ante Pascha, et in Officio Mortuorum: in Festo SS. Innocentum, nisi in Dominica evenerit: in diebus Dominicis tempore Adventus, et Septuag. usque ad Pascha: et infra Septuag. in Festis simplicibus: diebus infra octavas, et in octavis simplicibus: et in festis votivis per hebdomadam celebrari solitis.

Terminato Cantico Te Deum laudámus. vel ultimo ℟. etiam dum resumitur usque ad ℣. exclusive, dicat, qui facit Officium, deferente Cantore, sequentem versum, vel alium notatum pro tempore pag. 46. seq. qui semper ante Laudes præmittendus est, nisi in festo Nativitatis Domini, cum Laudes dicuntur cum Missa, in triduo ante Pascha: in die Animarum, et Officio Mortuorum.



℣ Emítte Agnum, Dómine, dominatórem terræ. Chorus ℟ De petra desérti ad montem filiæ Sion. vel aliter pro tempore: et Officians subjungat ℣ Deus in adjutórium. eodem tono, et modo, quo supra ad Matutinum.

Deinde Festis Duplicibus, et supra, deferente Cantore, intonet primam Antiphonam super Psal. Cantatis Psalmis, et Antiph., dicat Capitulum. Ecce dies véniunt. ut supra ad Vesperas, vel aliud pro tempo-

re. Dictisque Hymno, et Versu, Cantore deferente, intonet ad Benedictus. tam ante, quam post Canticum, Antiphonam: Spiritus. vel aliam, pro tempore. Finitaque Antiphona dicat Orationem, et cetera alia, prout in Vesperis, eodemque modo, tono, et ordine.

DE ORATIONIBUS DICENDIS

In Laudibus, et in ceteris Horis.

ORatio Dominicalis, quando fit de Dominica, communiter dicitur ad utrasque Vesperas, Laudes, et ad Tertiam, Sextam, et Nonam. Dicitur etiam per totam Hebdomadam usque ad Vesperas Sabbati sequentis exclusive, quando fit de Feria, ad prædictas Horas. Quando vero Dominicæ alicujus Homilia est transferenda, ac interponenda, ut contingit, quando Dominicæ aliquæ post oct. Epiph. fuerunt omissæ, et non possunt resumi post oct. Trinit. vel quando Dominicæ post oct. Trinit. sunt pauciores, quam viginti duæ: tunc Oratio illius Dominicæ, cujus et Homilia lecta fuerit, dicetur tantum in Laud. et Vesp., ad reliquas vero Horas diei dicetur Oratio Dominicæ immediate præcedentis. In illis Feriis, quæ habent proprias Orationes, ut a Feria IV. Cinerum usque ad Dom. in Albis exclusive, et per Hebdomadam Pentecostes, Oratio, quae dicitur in Laud. dicitur etiam ad Horas diei, et respective etiam ad Vesperas, dum ad Vesperas alia non est notata. Cetera notantur in propriis locis.

In Festis Sanctorum Oratio, quæ dicitur ad primas Vesperas, nisi sit Oratio propria Vigiliæ, dicitur etiam ad Laudes, Tertiam, Sextam, Nonam, et ad secundas Vesperas, si eas habeat.

MODUS INCENSANDI ALTARIA

In Vesperis, et Laudibus.

IN Festis Duplicibus, et supra, dum thurificanda sunt Altaria, Thuriferarius, et Ceroferarii hora competenti in Vesp. et in Laud. ad Sacristiam vadant, ibique lotis manibus, Albis se induant, cereos, et thuribulum præparent. Prior autem, vel ille, qui facit Officium, intonata ante Magnif. vel Benedict. Antiph. vadat in Sacristiam, ibique lotis manibus, Amictu, Superpelliceo, Stola, et Cappa serica indutus, præcedentibus primo Thuriferario cum thuribulo, et thure in navicula; deinde Acolythis cum candelabris, et cereis accensis, Sacerdos cooperto capite cum Caputio, et Amictu, junctis manibus ante pectus, procedat graviter, et modeste ad majus Altare.

Cum pervenerint ante infimum gradum Altaris, ordinati in aliqua distantia ab invicem ante dictum gradum, ita ut Sacerdos sit medius inter duos Acolythos, et Thuriferarius a dextris Acolythi stantis in dextra parte Sacerdotis, vel post Sacerdotem, omnes simul profunde inclinent, vel genuflectant dextro tantum genu, si ibi fuerit SS. Sacramentum in Tabernaculo reclusum: et mox se erigentes, Sacerdos discooperiat caput.

Tunc Thuriferarius accedat ad Sacerdotem, et offerat ei in cochleari thus benedicendum, dicendo: Benedícite. et Sacerdos facto signo Crucis super thus, dicat: In Nómine Patris, et ✠ Fílii, et Spíritus sancti. ℟ Amen. Thuriferarius ponat thus in thuribulum, et tradat thuribulum Sacerdoti, deosculando ejus ma-

num, quod semper faciet, dum Sacerdoti porrigit, vel ab ipso recipit thuribulum; nisi sit expositum SS. Sacramentum.

Deinde Sacerdos assumens thuribulum manu dextra brevi intervallo e catenis suspensum, sinistra manu tenens catenarum extremitates, et facta prius inclinatione profunda, vel genuflexione super gradu Altaris, accedat ad Altare, factaque in medio profunda inclinatione (quam faciet semper, cum ante medium Altaris transibit) ter thurificet Tabernaculum Corporis Christi, si fuerit super Altare, vel Crucem, si non fuerit; non vibrando in altum thuribulum, sed modice demissa cum thuribulo manu, modiceque subinde elevata, ita ut manus numquam super humerum attollantur. Deinde inclinando profunde ad medium Altaris, thurificat dextram, superioremque partem Altaris, versus candelabra, ter ducens thuribulum æquali distantia a medio, usque ad cornu Epistolæ procedens: hinc demissa manu cum thuribulo, sine thurificatione revertitur ad medium Altaris, ex quo procedendo thurificat aliud latus eodem modo, usque ad cornu Evangelii. Deinde incensat anteriorem partem, seu frontem Altaris, similiter triplici ductu procedendo a cornu Evangelii ad medium; postea etiam triplici ductu reliquam anteriorem partem a medio usque ad cornu Epistolæ.

Interea, dum Sacerdos thurificat, Thuriferarius retro eum sequatur, et semper cum illo inclinans, vel genuflectens, partem Cappæ sericæ, quæ super brachium dextrum Sacerdotis defluit, manicamque Superpellicei decenter elevans, et reducens, ut expedite possit incensare: Acolythis interim stantibus ante inferiorem gradum Altaris, hinc et inde, versis vultibus ad Altare.

Si in Altari Reliquiæ, sive Imagines Sanctorum fuerint, incensato, ut supra, Tabernaculo, vel Cruce, et facta ei inclinatione Capitis, priusquam Sacerdos discedat a medio Altaris, incensat eas, quæ sunt ex parte Evangelii prope Crucem, bis ducens thuribulum; et iterum facta Tabernaculo, aut Cruci reverentia, ut prius similiter incensabit alias, quæ sunt ex parte Epistolæ: quo facto, incensationem Altaris prosequitur, ut supra, ter ducens thuribulum in unoquoque latere, quamvis in eo plures Reliquiæ, vel imagines, essent, sive etiam plura, vel pauciora candelabra.

Si SS. Corpus Christi publice esset expositum, tunc in ingressu ad Altare, sicut et in recessu ab eodem, omnes debent utrumque genu flectere: et Sacerdos faciens Officium in supremo gradu Altaris utrumque genu flectens, Corpus Christi incensat, inclinando caput profunde ante, et post incensationem. Deinde erectus incensabit Altare, ut supra, dextrum genu flectens, quoties transibit per medium Altaris.

Peracta thurificatione, Sacerdos osculetur Altare; et reddito thuribulo Thuriferario, factaque inclinatione, vel genuflexione, ut supra post thurificationem majoris Altaris, si fuerit festum alicujus Sancti, qui habet Altare aliquod de minoribus in Ecclesia, thurificetur etiam illud: alias autem numquam thurificentur minora Altaria.

Peracta thurificatione unius, vel pro tempore utriusque supradicti Altaris, eodem, quo venerunt, ordine (si adhuc suppetit tempus) eant ad Chorum per eam partem, quæ est sibi a dextris, præcedente Thuriferario, et uno Acolythorum, alio vero a sinistra Chori parte ingrediente. Tunc faciens Officium, facta prius profunda inclinatione in medio Chori prope su-

am sedem, eat sessum in sede Prioris in parte dextra, vel si adsit Magister Ordinis (qui semper debet esse in Choro dextro) sedeat in sinistra, vel etiam in sede media inter utrumque Chorum. Si faciens Officium sit Hebdomadarius, vel aliquis Prælatus, quo aliquis major est in Choro dextro, tunc Prælatus ille major (adveniente cum Ministris illo, qui facit Officium Cappa serica indutus) debet ei cedere locum, et se transferre de Choro dextro ad sinistrum, ita ut quicumque fecerit Officium, semper sit in sede Prioris, modo supradicto. Acolythi vero stent hinc, et inde, infra Sacerdotem, in inferiori ordine sedium, unus in Choro dextro ante sedem Prioris, et alius in Choro sinistro in simili loco, versis vultibus ad Altare. Thuriferarius stans in medio ante pulpitum, ponat thus non benedictum in thuribulum, et facta versus Altare inclinatione profunda, incenset prius Sacerdotem facientem Officium: secundo Magistrum Ordinis, si adsit: deinde Acolythos: postea Cantores stantes in medio Chori. Deinde Chorum utrumque, prius dextrum, postea sinistrum, incipiendo (secundum ordinem in aspersione aquæ benedictæ præscriptum) ab antiquioribus in sedibus eminentioribus, et a junioribus in sedibus inferioribus gyrando, si fuerint ibi Fratres, prosequendo thurificationem in utroque Choro: tandem fratres laicos. Quo peracto, revertatur ad Sacristiam.

Inchoata iterum post Magnif. vel Benedict. Antiphona, et appropinquante fine illius, Sacerdos faciens Officium per aliam partem Chori, quæ est sibi a dextris, præcedentibus Acolythis, accedat ad pulpitum ubi præparatum est Collectarium, et ante pulpitum stantibus Acolythis, dicat Orat. cum memoriis, si faciendæ fuerint. Cantor autem ei provideat de lu-


nunc cum umbraculo, si opus fuerit ad videndam Orationem.

Dicta ultima Oratione, et Dóminus vobíscum. præcedentibus Acolythis, redeat ad Sacristiam, non expectans Benedicámus.


MODUS DICENDI PRETIOSA

post Laudes, vel post Primam.


SI Matutinæ dicuntur post mediam noctem, statim post Laudes dicitur ℣ Pretiósa; si vero in sero dicuntur, tunc post Primam differri debet cum lectione Martyrologii: et tum finitis, quæ de Calendario, Luna, et Martyrologio pronuncianda sunt, et ℟ Deo grátias. subjungat Hebdom. stans versus ad Chorum, surgentibus Fratribus:




℣ Pre ti ó sa est in conspéctu Dó mi ni.




℟ Mors Sanctórum ejus. Deinde dicat hanc Orationem sine Dóminus vobíscum. et Orémus. Choro inclinante ad genua:



Sancta Ma rí a, et omnes Sancti intercédant









Deinde dicatur ter ab Hebdomad. erecto Choro:






Quo dicto, subjungatur ab omnibus inclinantibus ad genua usque ad Sicut erat.








Modus dicendi Pretiosa.




Ky ri e e lé i son. Chiste e lé i son. Ky ri e




e lé i son. et subjungatur secreto: Pater noster.
inclinando profunde. Deinde dicat Hebdomad.




℣ Et ne nos indúcas in tentati ónem. Ch. erect.




℟ Sed líbera nos a ma lo. Hebd. ℣ Rés pi ce,



Dó mi ne, in servos tuos, et in ó pe ra tua,



et dí ri ge fi li os e ó rum. ℟ Et sit splendor



Dó mi ni Dei nostri super nos, et ó pe ra



má nuum no strá rum dí ri ge super nos,



Deinde sequitur Oratio dicenda eo modo, quo dicuntur Orationes ad Horas, sine Dóminus vobíscum, et sine Orémus.

Oratio.

DIrígere, et sanctificáre dignéris, Dómine sancte, Pater omnípotens ætérne Deus, hódie corda, et córpora nostra in lege tua, et in opéribus mandatórum tuórum, ut hic, et in ætérnum, te auxiliánte, semper salvi esse mereámur. Per Christum Dóminum.


Postea dicto ab eo, qui legit Calendas: Jube Domne benedícere. si de Evangelio legendum fuerit, detur ab Hebdomadario, Fratribus inclinatis ad genua, benedictio: Divínum auxílium máneat semper nobíscum. ℟ Amen.

Si vero de Constitutionibus, detur benedictio: Reguláribus disciplínis ínstruat nos Magíster cæléstis. ℟ Amen. Data benedictione, sequitur lectio de Evangelio, vel de Constitutionibus.


In omnibus Dominicis, et Festis simplicibus, et supra, in die octava Octavæ simplicis, in diebus infra Octavas, et diebus Octavis solemnibus, et supra: in Vigiliis Nativitatis Domini, Paschæ, et Pentecostes, in die Cinerum, in Cœna Domini, et die Animarum, legitur Evangelium, stantibus Fratribus discooperto capite. Ceteris vero diebus legitur de Constitutionibus.

Terminata lectione de Evangel. vel de Constitut. per Tu autem. responsoque a Choro Deo grátias. ille, qui dixit Lectionem immediate subjungit eodem tono: Commemorátio Fratrum, Sorórum, Familiárium, Be-

nefactórum defunctórum Ordinis nostri. subjungaturque a Prælato, vel si absit, ab Hebdomadario eodem tono, quo supra: Requiéscant in pace. responsoque Amen. a Conventu, Cantor, vel Succentor, juxta ordinem Hebdomadæ, incipiat Psalmum sequentem, quem uterque Chorus alternatim dicat per versus:




Psalm. Laudáte Dóminum omnes gentes: *




Chorus. laudáte eum omnes pópuli.
Quóniam confirmáta est etc.
Glória Patri etc. Sicut erat etc.

Subjungatque Hebdomadarius:



℣ Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
℟ Et salutáre tuum da nobis.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.
Orémus. Oratio.

Actiónes nostras, quæsumus Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere, ut cuncta nostra operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum.
℟ Amen.
Postea dicat Prælatus, vel in ejus absentia Hebd.



℣ Adju tó rium nostrum in nó mi ne Dó mi ni.
℟ Qui fecit cælum, et terram.

Si non sequitur alia Hora, dicat deinde ℣ Fidélium ánimæ. Pater noster. secreto, Salve Regína. et cetera ut supra post Vesperas pag. xix.

Si in lectione Martyrologii post lectionem Evangelii, vel Constitutionum recitatus fuerit Obitus alicujus Magistri Generalis, immediate post ℣ Fidélium ánimæ. dicatur pro ejus anima Psalm. 129. De profúndis. cum ℣ Réquiem. ℣ A porta ínferi. ℣ Dóminus vobíscum. et præmisso Orémus. Oratio. Deus, qui inter Apostólicos. pag. 395. ℟ Amen. ℣ Requiéscant in pace. ℟ Amen.

Quod si tunc tenendum est Capitulum, qui illud tenere debet, dicto ℣ Requiéscant in pace. et ℟ Amen. antequam incipiatur Psalm. Laudáte. dicet inclinando se: Benedícite. et respondebit Conventus: Dóminus. Si sit Capitulum solemne, et in eo sit faciendus Sermo præsentibus extraneis, ipse Prælatus incipiat Psalm. Laudáte. Conventuque prosequente, cetera addantur, ut supra, antequam Sermo fiat. Si autem extranei non debuerint interesse, dicto: Benedícite. et propositis, si quæ tunc voluerit Prælatus proponere, dicat, Surgat qui debet fácere sermónem: et ille surgens veniat ante eum, et flexis genibus, et inclinato capite, petat benedictionem dicendo: Jube Domne benedícere. et detur ei a Prælato benedictio: Dóminus sit in corde tuo, et in lábiis tuis ad pronunciándum digne, et fructuóse verba sua sancta. In nómine Patris etc. qua recepta, eat ad locum ubi faciendus est sermo. Finito sermone, si velit aliqua subjungere Præ-

latus, subjungat, et cum finem fecit dicendi, incipiat Psalmum **Laudáte.** et quæ sequuntur de **Pretiósa** dicantur ut prædictum est. Si vero sit faciendum Capitulum de culpis, fiant Orationes pro benefactoribus hoc modo.

MODUS DICENDI ORATIONES

Quæ fiunt pro Benefactoribus in Capitulo.


Dicto **Benedícite,** ut supra, si recitanda fuerint beneficia, recitentur. Deinde commendatis, quos commendare habuerit, vel voluerit Prælatus, surgens, surgentibus et ceteris omnibus, dicat sine **Orémus** sequentem Orationem.

Oratio.

Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen sanctum tuum vitam ætérnam. ℟ Amen.

Deinde Cantor, vel Succentor pro ordine Hebdomadæ incipiat Psalmum hoc modo.






Et Conventu per Choros versus alternatim prosequente, dicatur totus, et terminetur per Glória Patri.


Deinde sequatur Psalm. De profúndis. dicendus eodem modo, et terminandus per Réquiem. Postea dicitur ab omnibus Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. quo secreto dicto, subjungat Hebdomadarius:


℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.











℣. Salvos fac servos tuos, et ancíllas tuas.
℟. Deus meus sperántes in te.
℣. Requiéscant in pace.
℟. Amen.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, qui facis mirabília magna solus, prætende super fámulum tuum N. Papam nostrum, et super cunctas congregatiónes illi commissas spíritum grátiæ salutáris, et ut in veritate tibi compláceant, perpetuum eis rorem tuæ benedictiónis infúnde.

PRæténde, Dómine, fámulis, et famulábus tuis déxteram cæléstis auxílii, ut te toto corde perquírant, et quæ digne póstulant assequántur.

FIdélium Deus ómnium cónditor, et Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatorum, ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis, et regnas per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

Prædictæ tres Orationes dicantur eo modo, quo dicuntur Orationes ad Horas, et terminentur sub uno. Qui vivis et regnas.

Terminatis Orat. Prælatus audiat culpas, quibus auditis, dicatur Psalm. Laudáte cum ℣. et Orat. in fine dicat Prælatus ℣. Adjutórium nostrum, ut supra, et sic Capitulum terminatur.

MODUS DICENDI PRIMAM.

Cæterasque Horas.

DIctis secreto Pater noster, et Credo, factoque, ut ad alias Horas, signo a Prælato, incipiat Hebdomadar. ex parte, in qua est Chorus, eodem tono, quo supra ad Completorium. ℣ Deus in adjutórium, etc. Dictoque Hymno Jam lucis orto sydere, etc. (qui dicitur per totum annum, nisi in Die Mortuorum, triduo ante Pascha, et in Hebdom. Paschæ). Et cantatis Psalm. et Antiphona, Hebdomadarius legat Capitulum eo tono, quo supra ad Vesperas.

Capitulum. 1. Tim. 1.

REgi seculórum immortáli, et invisíbili, soli Deo honor, et glória in sécula seculórum. Amen. ℟ Deo grátias.

Capitulum. Regi seculórum, dicitur ad Primam omnibus Dominicis, festisque, etiam trium Lectionum, et per omnes Octavas, nisi in Cœna Domini, et deinceps usque ad Sabathum ante Dominicam in Albis exclusive, dieque Animarum, in quibus nullum dicitur Capitulum. Ferialibus autem diebus cum fit de feria dicitur Capitulum.

Zacch. 8.

PAcem, et veritátem dilígite, ait Dóminus omnípotens. ℟ Deo grátias.

Deinde dicitur ℟ Jesu Christe: nisi a Dom. Passionis usque ad Dom. in Albis exclusive, cum de tempore agitur, et in die animarum. Postea ℣ Exúrge. nisi a Cæna Domini usque ad Dom. in Albis exclusive, et in die Animarum. Deinde dicatur a Prælato, vel

illo absente, ab Hebdomadario: Confiteor, et Misereátur, prout supra notatum est in Complet. pag. xxi. nisi in triduo ante Pascha: deinde Hebdomadarius erigens se dicat:

℣ Dóminus vobíscum.

℟ Et cum spiritu tuo.

Orémus. Oratio.

IN hac hora hujus diéi tua nos, Dómine, reple misericórdia, ut per totum diem exultántes, in tuis láudibus júgiter delectémur. Per Dóminum nostrum.

℟ Amen.

℣ Dóminus vobíscum.

℟ Et cum spíritu tuo.

℣ Benedicámus Dómino.

℟ Deo grátias.

Oratio. In hac hora. semper dicatur, quando dicitur Capitulum. Regi seculórum. In tribus primis diebus Paschæ dicitur Oratio. Deus, qui hodiérna die. pag. 198. in ceteris vero diebus ejusdem Octavæ dicitur Oratio. In hac hora.

Ferialibus vero diebus, quando dicitur Capitulum: Pacem, et veritátem. etiam tempore Paschali, dicatur sequens Oratio.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diei nos perveníre fecísti, tua nos hódie salva virtúte, ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes, et ópera. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, Qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per ómnia sécula seculórum.

℟ Amen.

MODUS DICENDI PRECES

IN PRIMA.

PReces dicantur in Prima quotidie, excepto die Animarum, et diebus expressis in rubrica de dicendis precibus in Completorio pag. xxiv. et dicantur eodem tono, ut ibidem, et sequenti modo:

Dicto ℣ Exúrge Dómine, et ℟ Et líbera nos propter nomen tuum. sequitur communiter Kyrie eléison. Pater noster. secreto, inclinando profunde, vel super formas pro tempore: quo dicto, subjungit Hebdomadarius aliquantulum erectus.

℣ Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟ Sed líbera nos a malo.
℣ Vivet ánima mea, et laudábit te.
℟ Et judícia tua adjuvábunt me.
℣ Errávi sicut ovis, quæ périit.
℟ Quære servum tuum, Dómine, quia mandáta tua non sum oblítus.

Deinde secreto Credo in Deum. Hebdomadar. ℣ Carnis resurrectiónem. ℟ Vitam ætérnam. Amen. Postea si non adsit Prælatus, dicat Confiteor. et Misereátur. ut supra pag. xxi. et ℟ Amen. Hebdomadarius solus erectus, et versus ad altare, dicat:

℣ Dignáre Dómine die isto.
℟ Sine peccáto nos custodíre.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. In hac hora etc. vel si fit de Feria. Dómine Deus omnípotens. ut supra. pag. lviii.

Si post Primam aliæ non sequantur Horæ, dicto ℣ Benedicámus Dómino, sequitur ℣ Fidélium. Pater noster, et Salve Regína, ut sup. post Vesp. pag. xix.

In Tertia, Sexta, et Nona, eodem modo, quo ad Primam fit Officium: nisi quod in principio dicitur solum Pater noster sine Credo. et dicto Capitulo, et Versu post Responsorium, dicitur statim Oratio sine Precibus, exceptis diebus ferialibus, quibus earum loco post Versum dicitur Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. dictoque ut supra ab Hebdomadario. ℣ Et ne nos, etc. immediate additur ℣ Dóminus vobíscum. Orémus. et communiter Oratio Laudum, ut notatur pag. xliii.

In secundis Vesperis idem observetur quod in Primis Vesperis, nisi quod non dicatur Responsorium post Capitulum: sed immediate sequitur Hymnus, nisi sequens festum impediat.

Dicta oratione in Vesperis, si plures Orationes ob faciendas memorias dicendæ sint, dicantur, prout notatum est supra in primis Vesperis pag. xiv.



CAPITULA

DE TEMPORE.

DOMINICA PRIMA ADVENTUS

Ad utrasque Vesperas, Laudes, et Tertiam,

Capitulum. Jer. 23.



Ecce dies véniunt, dicit Dóminus; et suscitábo David germen justum: et regnábit Rex, et sápiens erit, et fáciet judícium, et justítiam in terra.

Ad Sextam, Capitulum. Jer. 23.

IN diébus illis salvábitur Juda; et Israel habitábit confidénter: et hoc est nomen, quod vocábunt eum, Dóminus justus noster.

Ad Nonam, Capitulum. Isa. 2.

ERit in novíssimis diébus præparátus mons domus Dómini in vértice móntium; et elevábitur super colles: et fluent ad eum omnes gentes.

Capitula ista dicantur in Dominicis, et in Ferialibus diebus Adventus, quando de Tempore agitur.

IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI

Ad Laudes, et Tertiam, Capitulum. Isa. 62.

PRopter Sion non tacébo; et propter Jerúsalem non quiéscam: donec egrediátur ut splendor justus ejus, et Salvátor ejus ut lampas accendátur.

Ad Sextam, Capitulum. Isa. 62.

VIdébunt gentes justum tuum; et cuncti reges ínclytum tuum: et vocábitur tibi nomen novum, quod os Dómini nominábit.

Ad Nonam, Capitulum. Isa. 62.

NOn vocáberis ultra derelícta; et terra tua non vocábitur ámplius desoláta: sed vocáberis volúntas mea in ea, et terra tua inhabitáta.

Ad Vesperas, Capitulum. Isa. 9.

POpulus, qui ambulábat in ténebris; vidit lucem magnam: habitántibus in regióne umbræ mortis, lux orta est eis.

IN DIE NATIVITATIS DOMINI

Ad Tertiam, et Vesp. Cap. Heb. 1.

MUltifáriam, multísque modis olim Deus loquens pátribus in Prophétis; novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio: quem constítuit hærédem universórum, per quem fecit et secula.

Ad Sextam, Capitulum. Tit. 3.

APpáruit benígnitas, et humánitas Salvatóris nostri Dei; non ex opéribus justítiæ, quæ fécimus nos: sed secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit.

Ad Nonam, Capitulum. Tit. 2.

APpáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos: ut abnegántes impietátem, et seculária desidéria, sóbrie, et juste, et pie vivámus in hoc século.

IN CRASTINO S. THOMÆ MART. IN CIRCUMCISIONE DOMINI, ET IN VIGILIA EPIPHANIÆ

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capit. Heb. 1.

Multifáriam, multísque modis. ut supra.

Ad Sextam, Capitulum. Tit. 3.

Appáruit benígnitas, et humánitas. pag. 2.

Ad Nonam, Capitulum. Tit. 2.

Appáruit grátia Dei Salvatóris. pag. 2.

IN EPIPHANIA DOMINI

Ad utrasq. Vesp. Laud. et Tert. Capit. Isa. 60.

SUrge, illumináre Jerúsalem; quia venit lumen tuum: et glória Dómini super te orta est.

Ad Sextam, Capitulum. Isa. 60.

SUper te Jerúsalem oriétur Dóminus; et glória ejus in te videbitur: et ambulábunt gentes in lúmine tuo, et Reges in splendóre ortus tui.

Ad Nonam, Capitulum. Isa. 60.

OMnes de Saba vénient; áurum, et thus deferéntes: et laudem Dómino annunciántes.

DOMINICA PRIMA POST OCT. EPIPHANIÆ,

et in aliis Dominicis usque ad Quadragesimam, et in Dominicis post Octavam Trinitatis usque ad Adventum exclusive, quando de Tempore agitur, Sabbato præcedenti.

Ad Vesperas, Capitulum. 2. Cor. 1.

BEnedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi; Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis: qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

Ad Completorium, Capitulum. Jer. 14.

TU in nobis es Dómine; et nomen sanctum tuum invocátum est super nos: ne derelínquas nos Dómine Deus noster.

Ad Laudes, Capitulum. Apoc. 7.

BEnedíctio, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio: honor, virtus, et fortitúdo Deo nostro in secula seculórum. Amen.

Ad Primam, Capitulum. 1. Tim. 1.

REgi seculórum immortáli, et invisíbili, soli Deo honor, et glória in sécula seculórum. Amen.

Ad Tertiam, Capitulum. 1. Jo. 4.

DEus cháritas est: et qui manet in charitáte, in Deo manet, et Deus in eo.

Ad Sextam, Capitulum. 2. Cor. 13.

GRátia Dómini nostri Jesu Christi; et cháritas Dei, et communicátio sancti Spíritus sit semper cum ómnibus vobis. Amen.

Ad Nonam, Capitulum. 1. Jo. 5.

TRes sunt, qui testimónium dant in cælo; Pater, Verbum, et Spíritus sanctus: et hi tres unum sunt.

Ad Vesperas, Capitulum. 2. Thess. 3.

Dóminus dírigat corda, et córpora nostra in charitáte Dei, et patiéntia Christi.

IN FERIALIBUS DIEBUS

Extra Advent. Quadrages. et Tempus Paschale.

Ad Laudes, Capitulum. Rom. 13.

NOx præcéssit, dies autem appropinquávit; abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis: sicut in die honéste ambulémus.

Ad Primam, Capitulum. Zach. 8.

PAcem, et veritátem dilígite, ait Dóminus omnípotens.

Ad Tertiam, Capitulum. Jer. 17.

SAna me Dómine, et sanábor; salvum me fac, et salvus ero: quóniam laus mea tu es.

Ad Sextam, Capitulum. Gal. 6.

ALter altérius ónera portáte, et sic adimplébitis legem Christi.

Ad Nonam, Capitulum. 1. Cor. 6.

EMpti estis prétio magno, glorificáte, et portáte Deum in córpore vestro.

Ad Vesperas, Capitulum. 2. Tess. 3.

DOminus dírigat corda, et córpora nostra in charitáte Dei, et patiéntia Christi.

FERIA IV. CINERUM,

et deinceps in Ferialibus diebus usque ad Dominicam Passionis exclusive,

Ad Laudes, Tertiam, et Vesp. Capit. Joel. 2.

COnvertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, et fletu, et planctu; et scíndite corda vestra, et non vestiménta vestra: ait Dóminus omnípotens.

Ad Sextam, Capitulum. Isa. 55.

DErelínquat ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas; et revertátur ad Dóminum, et miserébitur ejus: et ad Deum nostrum, quóniam multus est ad ignoscéndum.

Ad Nonam, Capitulum. Isa. 58.

FRange esuriénti panem tuum; et egénos vagósque induc in domum tuam: cum víderis nudum, óperi eum, et carnem tuam ne despéxeris, ait Dóminus omnípotens.

DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ

Ad utrasque Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. 2. Cor. 6.

HOrtámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis: ait enim: Témpore accépto exaudívi te, et in die salútis adjúvi te.

Ad Sextam, Capitulum. 2. Cor. 6.

ECce nunc tempus acceptábile; ecce nunc dies salútis: némini dantes ullam offensiónem, ut non vituperétur ministérium nostrum.

Ad Nonam, Capitulum. 2. Cor. 6.

IN ómnibus exhibeámus nosmetípsos sicut Dei minístros: in multa patiéntia, in jejúniis multis, per arma justítiæ.

DOMINICA PASSIONIS, ET PALMARUM

Ad utrasque Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Jer. 11.

TU autem Dómine Sábaoth, qui júdicas juste, et probas renes, et corda; vídeam ultiónem tuam ex eis: tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

Ad Sextam, Capitulum. Isa. 50.

FAciem meam non avérti ab increpántibus, et conspuéntibus in me: Dóminus Deus auxiliátor meus; ídeo non sum confúsus.

Ad Nonam, Capitulum. Jer. 17.

COnfundántur, qui me persequúntur, et non confúndar ego; páveant illi, et non páveam ego: induc super eos diem afflictiónis, et dúplici contritióne cóntere eos, Dómine Deus noster.

Hæc Capitula dicantur etiam in Ferialibus diebus usque ad Cœnam Domini.

DOMINICA IN OCTAVA PASCHÆ

Ad utrasque Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Rom. 6.

CHristus resurgens ex mórtuis jam non móritur; mors illi ultra non dominábitur: quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

Ad Sextam, Capitulum. Coloss. 3.

SI consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens: quæ sursum sunt, sápite, non quæ super terram.

Ad Nonam, Capitulum. Coloss. 3.

CUm autem Christus apparúerit vita vestra: tunc et vos apparébitis cum ipso in gloria.

Dicantur hæc Capitula usque ad Ascensionem in Dominicis, et Ferialibus diebus, quando de Tempore agitur.

IN ASCENSIONE DOMINI

Ad Vesperas, Laud. et Tertiam, Capit. Act. 1.

PRimum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Jesus fácere, et docére, usque in diem, qua præcípiens Apóstolis, per Spíritum sanctum, quos elégit, assúmptus est.

Ad Sextam, Capitulum. Act. 1.

ET convéscens, præcépit eis ab Jerosólymis ne discéderent; sed expectárent promissiónem Patris, quam audístis, inquit, per os meum.

Ad Nonam, Capitulum. Act. 1.

VIri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Jesus, qui assúmptus est a vobis in cælum, sic véniet: quemádmodum vidístis eum eúntem in cælum.

Hæc Capitula dicantur per octavam, dum de octava agitur; et etiam post octavam usque ad Vesperas Sabbati ante Pentecosten exclusive, si de Tempore fiat Officium.

IN FESTO PENTECOSTES

Ad Vesp. Laudes, et Tertiam, Capit. Act. 2.

FActus est repénte de cælo sonus; tamquam adveniéntis spíritus vehementis: et replévit totam domum, ubi erant Apóstoli sedéntes.

Ad Sextam, Capitulum. Act. 2.

APparuérunt Apóstolis dispertítæ linguæ tamquam ignis, sedítque supra síngulos eórum Spíritus sanctus.

Ad Nonam, Capitulum. Act. 2.

FActa autem hac voce; convénit multitúdo, et mente confúsa est: quóniam audiébat unusquísque lingua sua illos loquéntes.

IN FESTO SS. TRINITATIS

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Rom. 11.

O Altitúdo divitiárum sapiéntiæ, et sciéntiæ Dei: quam incomprehensibília sunt judícia ejus, et investigábiles viæ ejus.

Ad Sextam, Capitulum. 2. Cor. 13.

GRátia Dómini nostri Jesu Christi; et cháritas Dei, et communicátio sancti Spíritus sit semper cum ómnibus vobis. Amen.

Ad Nonam, Capitulum. 1. Jo. 5.

TRes sunt, qui testimónium dant in cælo; Pater, Verbum, et Spíritus sanctus: et hi tres unum sunt.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. 1. Cor. 11.

DOminus Jesus, in qua nocte tradebátur; accépit panem, et grátias agens, fregit, et dixit: Accípite, et manducáte; Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradétur.

Ad Sextam, Capitulum. 1. Cor. 11.

QUotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis: mortem Dómini annunciábitis, donec véniat.

Ad Nonam, Capitulum. 1. Cor. 11.

QUicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígne: reus erit Córporis, et Sánguinis Dómini.

IN FESTO DEDICATIONIS ECCLESIÆ,
et in Anniversario ejusdem
Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Apoc. 21.

VIdi civitátem sanctam Jerúsalem novam descendéntem de cælo a Deo parátam: sicut sponsam ornátam viro suo.

Ad Sextam, Capitulum. Apoc. 21.

ECce tabernáculum Dei cum homínibus; et habitábit cum eis: et ipsi pópulus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eórum Deus.

Ad Nonam, Capitulum. 1. Cor. 3.

FUndaméntum áliud nemo potest pónere, præter id, quod pósitum est; quod est Christus Jesus.



CAPITULA

SANCTORUM

In omnibus Festis Sanctorum, in quibus propria Capitula non sunt notata, dicenda sunt de Communi.

CAPITULA DECEMBRIS.

8. **IN CONCEPTIONE B. MARIÆ VIRGINIS,**
et in aliis festis ejusdem, ubi non sunt propria Capitula, sumantur ex festo Nativit. ejusd. pag. 33.

10. **IN TRANSLATIONE ALMÆ DOMUS LAURETANÆ**

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Eccl. 24.

IN ómnibus réquiem quæsívi, et in hæreditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, et dixit mihi Creátor ómnium, et qui creávit me requiévit in tabernáculo meo.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 24.

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi; et in Jerúsalem potéstas mea: et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, et in plenitúdine Sanctórum detántio mea.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 24.

SIcut cinnamómum, et bálsamum arómatizans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odoris.

18. IN EXPECTATIONE PARTUS B. M. V.

Capitula sumantur ex festo Annunciationis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis. pag. 21.

26. IN FESTO S. STEPHANI PROTOMARTYRIS

Ad Laudes, Tertiam, et Vesperas,

Capitulum. Act. 6.

STéphanus autem plenus grátia, et fortitúdine, faciébat prodígia, et signa magna in pópulo.

Ad Sextam, Capitulum. Act. 7.

CUm esset Stéphanus plenus Spíritu sancto; inténdens in cælum vidit glóriam Dei: et Jesum stantem a dextris Dei.

Ad Nonam, Capitulum. Act. 7.

POsitis autem génibus, beátus Stéphanus clamávit voce magna, dicens: Dómine, ne státuas illis hoc peccátum.

28. IN FESTO SS. INNOCENTUM MM.

Ad Laudes, Tertiam, et Vesperas,

Capitulum. Apoc. 14.

VIdi supra montem Sion Agnum stantem; et cum eo centum quadraginta quátuor míllia: habéntes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

Ad Sextam, Capitulum. Apoc. 14.

HI sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: vírgines enim sunt, hi sequúntur Agnum, quocúmque íerit.

Ad Nonam, Capitulum. Apoc. 14.

HI empti sunt ex homínibus primítiæ Deo, et Agno: et in ore ipsórum non est invéntum mendácium.

In Octava Sanctorum Stephani, Joannis, et Innocentum, Capitula sicut in die.

10. IN FESTO B. GUNDISALVI CONF. ORD. PRÆD.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Eccl. 49.

DIréctus est divínitus in pœniténtiam gentis; et tulit abominatiónes impietátis: et gubernávit ad Dóminum cor ipsíus, et in diébus peccatórum corroborávit pietátem.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 47.

DEdit in celebratiónibus decus; et ornávit témpora sua usque ad consummatiónem vitæ: ut laudárent nomen sanctum Dómini, et amplificárent Dei sanctitátem.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 48.

NOn superávit illum verbum áliquod; et mórtuum prophetávit corpus ejus: in vita sua fecit monstra, et in morte mirabília operátus est.

15. IN FESTO SS. NOMINIS JESU

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Phil. 2.

CHristus humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem; mortem autem Crucis: propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nómine Jesu omne genuflectátur.

Ad Sextam, Capitulum. Phil. 2.

IN nómine Jesu omne genuflectátur, cæléstium, terréstrium, et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

Ad Nonam, Capitulum. Colos. 3.

OMne quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere; ómnia in nómine Dómini Jesu Christi: grátias agéntes Deo, et Patri per ipsum.

18. IN FESTO CATHEDRÆ ROMANÆ S. PETRI APOSTOLI

Capitula de Communi Confessorum.

23. IN FESTO S. RAYMUNDI CONF. OR. PR.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Eccl. 24.

SApiéntia laudábit ánimam suam, et in Deo honorábitur: et in médio pópuli gloriábitur.

Ad Sextam, Capitulum. Isaiæ 43.

NOli timére, quia redémi te, et vocávi te nómine tuo: Meus es tu. Cum transíeris per aquas, tecum ero, et flúmina non opérient te.

Ad Nonam, Capitulum. Isaiæ 49.

REges vidébunt, et consúrgent príncipes, et adorábunt propter Dóminum, quia fidélis est: et Sanctum Israel, qui elégit te.

25. IN CONVERSIONE S. PAULI APOST.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Act. 9.

SAulus adhuc spirans minárum, et cædis in Discípulos Dómini; accéssit ad príncipem sacerdótum, et pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas: ut si quos inveníret hujus viæ viros, ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúsalem.

Ad Sextam, Capitulum. Act. 9.

VAde Ananía, quóniam vas electiónis mihi est iste: ut portet nomen meum coram géntibus, et régibus, et fíliis Israel.

Ad Nonam, Capitulum. Act. 9.

ET ábiit Ananías, et introívit in domum, et impónens ei manus, dixit; Saule frater, Dóminus misit me Jesus, qui appáruit tibi in via, qua veniébas: ut vídeas, et impleáris Spíritu sancto.

Feria III. post Dominicam Septuages.

ORATIONIS D. N. JESU CHRISTI IN MONTE OLIVETI

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Matth. 26.

VEnit Jesus ad discípulos suos, et invénit eos dormiéntes, et dicit Petro: Sic non potuístis una hora vigiláre mecum? Vigiláte, et oráte, ut non intrétis in tentatiónem.

Ad Sextam, Capitulum. Luc. 21.

VIgiláte ítaque omni témpore orántes, ut digni habeámini fúgere ista ómnia, quæ futúra sunt, et stare ante Fílium hóminis.

Ad Nonam, Capitulum. Matth. 5.

ORáte pro persequéntibus, et calumniántibus vos; ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est.

28. IN TRANSLATIONE S. THOMÆ AQUINATIS ORD. PRÆD.

Capitula sicut in ipso Festo, pag. 18.

CAPITULA FEBRUARII.

Feria III. post. Domin. Sexages.

IN SOLEMNI COMMEMORATIONE PASSIONIS D. N. JESU CHRISTI.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Philip. 2.

FRatres, hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Ad Sextam, Capitulum. Zacch. 13.

QUid sunt plagæ istæ in médio mánuum tuárum? Et dicit: his plagátus sum in domo eórum, qui diligébant me.

Ad Nonam, Capitulum. Isai. 53.

GEneratiónem ejus quis enarrábit? Quia abscíssus est de terra vivéntium, propter scelus pópuli mei percússi eum.

2. IN PURIFICATIONE B. MARIÆ VIRG.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Mal. 3.

ECce ego mitto Angelum meum, qui præparábit viam ante fáciem meam: et statim véniet ad templum sanctum suum Dominátor, quem vos quæritis, et Angelus testaménti, quem vos vultis.

Ad Sextam, Capitulum. Mal. 3.

IPse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullónum; et sedébit conflans, et emúndans argéntum: et purgábit filios Levi.

Ad Nonam, Capitulum. Mal. 3.

ET colábit eos quasi aurum, et quasi argéntum: et erunt Dómino offeréntes sacrificia in justítia.

13. IN FESTO

S. CATHARINÆ DE RICCIIS VIRG. ORD. PRÆD.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Apoc. 19.

REgnávit Dóminus Deus noster omnípotens; gaudeámus, et exultémus, et demus glóriam ei: quia venérunt núptiæ agni, et uxor ejus præparávit se.

Ad Sextam, Capitulum. Oseæ. 2.

SPonsábo Te mihi in sempitérnum; et sponsábo Te in justítia, et in judício, et in misericórdia, et in miseratiónibus.

Ad Nonam, Capitulum. Galat. 6.

MIhi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

Feria VI. post Dominic. I. Quadragesimæ

DE LANCEA, ET CLAVIS D. N. J. C.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. 1. Joan. 5.

CHaríssimi, quis est, qui vincit mundum, nisi qui crédidit, quóniam Jesus est Fílius Dei? Hic est qui venit per aquam, et sánguinem, Jesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua, et sánguine.

Ad Sextam, Capitulum. 1. Petr. 2.

FRatres, Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia ejus. Qui peccátum non fécit, nec invéntus est dolus in ore ejus.

Ad Nonam, Capitulum. 1. Petr. 2.

QUi peccáta nostra ipse pértulit in córpore suo super lignum: ut peccátis mórtui justítiæ vivámus, cujus livóre sanáti sumus.

22. IN CATHEDRA S. PETRI APOSTOLI ANTIOCHIÆ

Capitula de Communi Confessorum.

Feria VI. post Dominic. II. Quadragesimæ

SANCTISSIMÆ SINDONIS D. N. J. C.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,

Capitulum. Isai. 63.

QUis est iste, qui venit de Edom, tinctis véstibus de Bosra? Iste formósus in stola sua, grádiens in multitúdine fortitúdinis suæ. Ego qui lóquor justítiam, et propugnátor sum ad salvándum.

Ad Sextam, Capitulum. Isai. 63.

QUare ergo rubrum est induméntum tuum, et vestiménta tua sicut calcántium in torculári? Torcular calcávi solus, et de géntibus non est vir mecum.

Ad Nonam, Capitulum. Isai. 63.

CIrcumspéxi, et non erat auxiliátor: quæsívi, et non fuit, qui adjuváret; et salvávit mihi bráchium meum, et indignátio mea ipsa auxiliáta est mihi.

CAPITULA MARTII.

Feria VI. post Dominic. III. Quadragesimæ

DE QUINQUE VULNERIBUS D. N. J. C.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,

Capitulum. Isai. 53.

CHristus vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra. Cujus livóre sanáti sumus.

Ad Sextam, Capitulum. Isai. 50.

FAciem meam non avérti ab increpántibus, et conspuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliátor meus, et ídeo non sum confúsus.

Ad Nonam, Capitulum. Isai. 53.

TRádidit Christus in mortem ánimam suam, et cum scelerátis reputátus est: et ipse peccáta multórum tulit, et pro trasgressóribus rogávit.

7. IN FESTO S. THOMÆ AQUINATIS ORD. PRÆD.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Eccl. 45.

ELégit eum Dóminus ex omni carne; et dedit illi coram præcépta, et legem vitæ, et disciplínæ: docére Jacob testaméntum suum, et judícia sua Israel.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 39.

IPse tamquam imbres mittet elóquia sapiéntiæ suæ; et palam fáciet disciplínam doctrínæ ejus: collaudábunt multi sapiéntiam ejus, et usque in séculum non delébitur.

Ad Nonam, Capitulum. Sap. 7.

LÆtátus sum, quóniam antecedébat me ista sapiéntia, quam sine fictióne dídici, et sine invídia commúnico: et honestátem illíus non abscóndo.

Feria VI. post Dominic. IV. Quadragesimæ

DE PRETIOSISSIMO SANGUINE D. N. JESU CHRISTI

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Hæbr. 9.

FRatres, Christus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius, et perféctius tabernáculum non manufáctum, idest non hujus creatiónis, neque per

sánguinem hircórum, aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in sancta, ætérna redemptióne invénta.

Ad Sextam, Capitulum. Hæbr. 9.

SI sánguis hircórum, et taurórum, et cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis; quanto magis Sánguis Christi, qui per Spíritum Sánctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis ad serviéndum Deo vivénti?

Ad Nonam, Capitulum. Hæbr. 9.

ACcípiens Móyses sánguinem vitulórum, et hircórum cum aqua, et lana coccínea, et hyssópo, ipsum quoque librum, et omnem pópulum aspérsit, dicens: hic sánguis testaménti, quod mandávit ad vos Deus.

Feria VI. post Dom. in Passione

IN FESTO COMPASSIONIS B. MARIÆ VIRGINIS

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Is. 21.

ANgústia possédit me sicut angústia parturiéntis; conturbáta sum, cum vidérem: emárcuit cor meum, ténebræ stupefecérunt me.

Ad Sextam, Capitulum. Jerem. 9.

QUis dabit cápiti meo aquam; et óculis meis fontem lacrymárum? Et plorábo die, ac nocte.

Ad Nonam, Capitulum. Cantic. 1.

NIgra sum, sed formósa, fíliæ Jerúsalem, sicut tabernácula Cedar, sicut pelles Salomónis. Nolíte me consideráre, quod fusca sim, quia decolorávit me sol: fílii matris meæ pugnavérunt contra me.

19. IN FESTO S. JOSEPH CONFESSORIS SPONSI B. MARIÆ VIRGINIS.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Prov. 28. et 27.

VIr fidélis multum laudábitur: et qui custos est Dómini sui, glorificábitur.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 45.

DIléctus Deo, et homínibus; cujus memória in benedictióne est: in fide, et lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, et elégit eum ex omni carne.

Ad Nonam, Capitulum. Sap. 10.

PRófugum dedúxit Sapiéntia per vias rectas; et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam Sanctórum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus.

24. IN FESTO S. GABRIELIS ARCHANG.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Apoc. 10.

VIdi Angelum Dei descendéntem de cælo, amíctum nube; et iris in cápite ejus, et fácies illíus sicut sol: et pedes ejus tamquam colúmna ignis, et habébat libéllum apértum in manu sua.

Ad Sextam, Capitulum. Apoc. 17.

VEnit ad me unus de septem Angelis, et locútus est ad me, dicens: Veni, et osténdam tibi damnatiónem meretrícis magnæ: cum qua fornicáti sunt reges terræ.

Ad Nonam, Capitulum. Apoc. 18.

POst hæc vidi Angelum Dei fortem descendéntem de cælo; habéntem potestátem magnam: et terra illumináta est a glória ejus.

25. IN ANNUNCIATIONE DOMINICA

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,

Capitulum. Isaiæ 7.

ECce Virgo concípiet, et páriet Fílium; et vocábitur nomen ejus Emmánuel: butyrum, et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

Ad Sextam, Capitulum. Isaiæ 11.

EGrediétur virga de radíce Jesse; et flos de radíce ejus ascéndet: et requiéscet super eum Spíritus Dómini.

Ad Nonam, Capitulum. Isaiæ 45.

ROráte cæli désuper, et nubes pluant justum; aperiátur terra, et gérminet Salvatórem: et justítia oriátur simul, ego Dóminus creávi eum.

CAPITULA APRILIS.

3. IN IMPRESSIONE STIGMATUM IN CORPORE S. CATHARINÆ SENEN. VIRG. ORD. PRÆD.

Capitula sicut in ejus Festo, pag. 23.

5. IN FESTO S. VINCENTII FERRERII CONFESSORIS ORD. PRÆD.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,

Capitulum. Eph. 3.

MIhi ómnium sanctórum mínimo data est grátia hæc, in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi: et illumináre omnes, quæ sit dispensátio sacraménti abscónditi a sæculis in Deo.

Ad Sextam, Capitulum. Apoc. 10.

OPórtet te íterum prophetáre géntibus, et pópulis, et linguis, et régibus multis.

Ad Nonam, Capitulum. Isa. 43.

NOli timére, quia ego tecum sum: ab Oriénte addúcam semen tuum, et ab Occidénte congregábo te. Dicam Aquilóni: Da; et Austro: Noli prohibére: affer filios meos de longínquo, et filias meas ab extrémis terræ.

20. IN FESTO S. AGNETIS DE MONTE POLITIANO VIRG. ORD. PRÆD.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Is. 61.

GAudens gaudébo in Dómino, et exultábit ánima mea in Deo meo: quia índuit me vestiméntis salútis, quasi Sponsam ornátam monílibus suis.

Ad Sextam, Capitulum. Oseæ 2.

SPonsábo te mihi in sempitérnum; sponsábo te mihi in fide: et scies, quia ego Dóminus.

Ad Nonam, Capitulum. Cant. 2.

SUb umbra illíus, quem desideráveram, sedi: et fructus ejus dulcis gútturi meo.

28. IN PATROCINIO S. JOSEPH SPONSI B. M. V.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Genes. 49.

BEnedictiónes Patris tui confortátæ sunt benedictiónibus Patrum ejus, donec veníret desidérium cóllium æternórum, fiant in cápite Joseph, et in vértice Nazáræi inter fratres suos.

Ad Sextam, Capitulum. Genes. 49.

DEus Patris tui erit adjútor tuus, et omnípotens benedícet tibi benedictiónibus cæli désuper.

Ad Nonam, Capitulum. Genes. 49.

Filius accréscens Joseph, filius accréscens, et decórus aspéctu; filiæ discurrérunt super murum.

30. IN FESTO S. CATHARINÆ SENEN. VIRG. ORD. PRÆD.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Sap. 8.

Hanc amávi, et exquisívi a juventúte mea; et quæsívi sponsam mihi eam assúmere: et amátor factus sum formæ illíus, dicit Dóminus omnípotens.

Ad Sextam, Capitulum. Sap. 8.

Dominus ómnium diléxit illam: doctrix est enim disciplínæ Dei, et eléctrix óperum illíus.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 11.

Brevis in volatílibus est apis, et inítium dulcóris habet fructus illíus.

CAPITULA MAJI.

3. IN FESTO INVENTIONIS S. CRUCIS

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Gal. 6.

Mihi autem absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

Ad Sextam, Capitulum. 1. Cor. 1.

Verbum Crucis pereúntibus stultítia est: iis autem, qui salvi fiunt, idest nobis, virtus Dei est.

Ad Nonam, Capitulum. 1. Cor. 1.

Nos autem prædicámus Christum Crucifixum; Judæis quidem scándalum, Géntibus autem stultí-

tiam: ipsis autem vocatis Judæis, atque Græcis Christum Dei virtútem, et Dei sapiéntiam.

5. IN FESTO S. PII QUINTI PAPÆ ET CONF. ORD. PRÆD.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Baruch. 5.

CIrcúmdabit te Deus diplóide justítiæ, et impónet mitram cápiti honóris ætérni; osténdet splendórem suum in te, omni qui sub cælo est: nominábitur enim tibi nomen a Deo: pax justítiæ, et honor pietátis.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 49.

IPse est diréctus divínitus in pœniténtiam gentis: princeps fratrum, firmaméntum gregis, stabiliméntum pópuli.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 47.

DE omni corde suo laudávit Dóminum; et diléxit Deum, qui fecit illum: et dedit illi contra inimícos poténtiam.

6. IN FESTO SANCTI JOANNIS ANTE PORTAM LATINAM

Capitula, ut in Communi Evangelistarum.

7. IN FESTO CORONÆ DOMINI

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Cant. 6.

EGredímini, et vidéte, filiæ Sion, Regem Salomónem in diadémate, quo coronávit eum mater sua.

Ad Sextam, Capitulum. Apoc. 6.

VIdi, et ecce equus albus, et qui sedébat super illum, habébat arcum; et data est ei coróna: et exívit vincens, ut vínceret.

Ad Nonam, Capitulum. Isaiæ 28.

IN die illa erit Dóminus exercítuum coróna glóriæ, et sertum exultatiónis resíduo pópuli sui.

8. IN APPARITIONE S. MICHAELIS ARCHANGELI

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Apoc. 1.

SIgnificávit Deus, quæ opórtet fieri cito; loquens per Angelum suum servo suo Joánni: qui testimónium perhíbuit Verbo Dei, et testimónium Jesu Christi quæcúmque vidit.

Ad Sextam, Capitulum. Apoc. 12.

FActum est prælium magnum in cælo; Míchael, et Angeli ejus præliabántur cum dracóne, et draco pugnábat, et ángeli ejus: et non prævaluérunt, neque locns invéntus est eórum ámplius in cælo.

Ad Nonam, Capitulum. Apoc. 5.

AUdívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, et animálium, et seniórum; et erat númerus eórum míllia míllium, voce magna dicéntium: Salus Deo nostro.

10. IN FESTO S. ANTONINI ARCHIEP. FLORENT. ORD. PRÆD.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Eccl. 44.

ECce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus: et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 45.

DEdit illi coram præcépta, et legem vitæ, et disciplínæ: et beatificávit illum in glória.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 56.

CUrávit gentem suam, et liberávit eam a perditióne: et adéptus est glóriam in conversatióne gentis.

24. IN TRANSLATIONE S. DOMINICI PATRIS NOSTRI

Capitula sicut in ejus Festo. pag. 30.

CAPITULA JUNII.

Feria VI. post Octavam Corporis Christi

SANCTISSIMI CORDIS JESU

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,

Capitulum. Cant. 3.

EGredímini, et vidéte Fíliæ Sion Regem Salomónem in diadémate, quo coronávit illum Mater sua in die desponsatiónis illíus, et in die lætítiæ córdis ejus.

Ad Sextam, Capitulum. Cant. 8.

POne me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum: quia fortis est ut mors diléctio.

Ad Nonam, Capitulum. Isa. 68.

IMpropérium expectávit cor meum, et misériam. Et sustínui qui simul contristarétur, et non fuit; et qui consolarétur, et non invéni.

24. IN NATIVIT. S. JOANNIS BAPT.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,

Capitulum. Jer. 1.

PRiúsquam te formárem in útero, novi te; et ántequam exíres de vulva, sanctificávi te: et prophétam in géntibus dedi te.

Ad Sextam, Capitulum. Isa. 49.

AUdíte ínsulæ, et atténdite pópuli de lónge; Dóminus ab útero vocávit me: de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei.

Ad Nonam, Capitulum. Isa. 49.

POsuit os meum Dóminus quasi gládium acútum; sub umbra manus suæ protéxit me: et pósuit me sicut sagíttam eléctam.

29. IN FESTO
SS. APOST. PETRI ET PAULI

Ad primas Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Act. 12.

PEtrus quidem servabátur in cárcere: orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.

Ad Sextam, Capitulum. Act. 12.

ANgelus Dómini ástitit, et lumen refúlsit in habitáculo cárceris; percussóque látere Petri, excitávit eum, dicens: Surge velóciter, quia cecidérunt caténæ de mánibus tuis.

Ad Nonam, Capitulum. Act. 12.

NUnc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum; et erípuit me de manu Heródis: et de omni expectatióne plebis Judæórum.

Ad secundas Vesperas, Capitulum. Eph. 2.

JAm non estis hóspites, et ádvenæ; sed estis cives sanctórum, et doméstici Dei: superædificáti super fundaméntum Apostolórum, et Prophetárum ipso summo anguliári lápide Christo Jesu.

30. IN COMMEM. S. PAULI APOST.

Ad primas Vesp. si contingat eas habere, et ad Laud. et Tertiam, Capitulum. Phil. 1.

MAgnificábitur Christus in córpore meo, sive per mortem, sive per vitam: mihi enim vívere Christus est, et mori lucrum.

Ad Sextam, Capitulum. 2. Tim. 1.

SCio, cui crédidi, et certus sum, quia potens est depósitum meum serváre in illum diem.

Ad Nonam, Capitulum. 2. Tim. 4.

BOnum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi: in réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

Ad secundas Vesperas, et in Octava dicantur Capitula de Communi Apostolorum.

CAPITULA JULII.

2. IN FESTO VISITATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Cant. 2.

SUrge, própera amíca mea, colúmba mea, formósa mea, et veni; jam enim hyems tránsiit, imber ábiit, et recéssit: flores apparuérunt in terra nostra.

Ad Sextam, Capitulum. Cant. 2.

ECce diléctus meus venit sáliens in móntibus, transíliens colles: símilis cápreæ, hinnulóque cervórum.

Ad Nonam, Capitulum. Cant. 2.

OSténde mihi fáciem tuam; sonet vox tua in áuribus meis: vox enim tua dulcis, et fácies tua decóra.

18. IN COMMEMORATIONE B. M. V.
DE MONTE CARMELO

Capitula ut in festo Nativitatis B. M. V. pag. 33.

22. IN FESTO S. MARIÆ MAGDALENÆ

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Prov. 31.

MUlíerem fortem quis invéniet? Procul, et de últimis finibus prétium ejus: confidit in ea cor viri sui, et spóliis non indigébit.

Ad Sextam, Capitulum. Prov. 31.

ACcínxit fortitúdine lumbos suos, et roborávit bráchium suum; gustávit, et vidit, quia bona est negotiátio ejus: non extinguétur in nocte lucérna ejus.

Ad Nonam, Capitulum. Prov. 31.

MUltæ filiæ congregavérunt divítias: tu supergréssa es univérsas.

CAPITULA AUGUSTI.

1. IN FESTO S. PETRI APOSTOLI
AD VINCULA

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Act. 12.

PEtrus quidem servabátur in cárcere: orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo.

Ad Sextam, Capitulum. Act. 12.

ANgelus Dómini ástitit, et lumen refúlsit in habitáculo cárceris; percussóque látere Petri, excitávit eum, dicens: Surge velóciter, quia cecidérunt caténæ de mánibus tuis.

Ad Nonam, Capitulum. Act. 12.

NUnc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum; et erípuit me de manu Heródis: et de omni expectatióne plebis Judæórum.

3. IN INVENT. CORPORIS S. STEPHANI

Capitula sicut in Festo ejusdem. pag. 11.

4. IN FESTO SANCTI DOMINICI P. N.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Eccl. 50.

QUasi stella matutína in médio nébulæ; et quasi luna plena in diébus suis: et quasi sol refúlgens, sic iste effúlsit in templo Dei.

Ad Sextam, Capitulum. Isa. 59.

SPíritus meus, qui est in te, et verba mea, quæ pósui in ore tuo; non recédent de ore tuo, et de ore séminis tui: dicit Dóminus, ámodo, et usque in sempitérnum.

Ad Nonam, Capitulum. Mal. 2.

LEx veritátis fuit in ore ejus; et iníquitas non est invénta in lábiis ejus: in pace, et æquitáte ambulávit mecum, et multos avértit ab iniquitáte.

5. IN FESTO S. MARIÆ AD NIVES

Capitula sicut in Festo Nativitatis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis. pag. 33.

6. IN TRANSFIGURATIONE DOMINI

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Phil. 3.

SAlvatórem expectámus Dóminum nostrum Jesum Christum; qui reformábit corpus humilitátis nostræ: configurátum córpori claritátis suæ.

Ad Sextam, Capitulum. 2. Cor. 3.

NOs omnes reveláta fácie glóriam Dómini speculántes; in eámdem imáginem transformámur a claritáte in claritátem: tamquam a Dómini Spíritu.

Ad Nonam, Capitulum. Apoc. 21.

SUstulit me in spíritu in montem magnum, et altum; et osténdit mihi civitátem sanctam Jerúsalem descendéntem de cælo a Deo, habéntem claritátem Dei: et lucérna ejus est Agnus.

15. IN ASSUMPTIONE B. MARIÆ VIRG.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Eccl. 24.

IN ómnibus réquiem quæsívi, et in hæreditáte Dómini morábor; tunc præcépit, et dixit mihi Creátor ómnium: et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 24.

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi: et in Jerúsalem potéstas mea.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 24.

ET radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus: et in plenitúdine Sanctórum deténtio mea.

16. IN FESTO S. HYACINTHI CONF. ORD. PRÆD.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Eccl. 49.

IPse est diréctus divínitus in pœniténtiam gentis; et tulit abominatiónes impietátis: et in diébus peccatórum corroborávit pietátem.

Ad Sextam, Capitulum. Isaiæ 42.

ECce servus meus, suscípiam eum; eléctus meus, complácuit sibi in illo ánima mea: dedi spíritum meum super eum.

Ad Nonam, Capitulum. Isaiæ 58.

CLama, ne cesses, quasi tuba exálta vocem tuam; et annúncia pópulo meo scélera eórum: et dómui Jacob peccáta eórum.

29. IN DECOLLATIONE S. JOANNIS BAPTISTÆ

Capitula de Communi unius Martyris.

30. IN FESTO S. ROSÆ VIRGINIS LIMENSIS ORD. PRÆD.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Sap. 8.

HAnc amávi, et exquisívi a juventúte mea; et quæsívi sponsam mihi eam assúmere: et amátor factus sum formæ illíus, ~~dicit~~ ait Dóminus omnípotens.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 39.

OBaudíte me divíni fructus; et quasi Rosa plantáta super rivos aquárum fructificáte: quasi líbanus odórem suavitátis habéte.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 39.

FLoréte flores quasi lílium; et date odórem, et frondéte in grátiam: collaudáte cánticum, et benedícite Dóminum in opéribus suis.

8. IN NATIVITATE B. MARIÆ VIRG.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,

Capitulum. Eccl. 24.

EGo quasi vitis fructificávi suavitátem odóris: et flores mei fructus honóris, et honestátis.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 24.

TRansíte ad me omnes, qui concupíscitis me; et a generatiónibus meis adimplémini: spíritus enim meus super mel dulcis, et hæréditas mea super mel, et favum.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 24.

QUi áudit me, non confundétur; et qui operántur in me, non peccábunt: qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

IN FESTO SS. NOMINIS MARIÆ,

Dominica infra octavam Nativit. B. M. V.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,

Capitulum. Eccl. 24.

AB inítio, et ante sécula creáta sum; et usque ad futúrum séculum non désinam: et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 24.

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 24.

SIcut cinnamómum, et bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

14. IN FESTO EXALTAT. S. CRUCIS

Capitula sicut in Festo Invent. S. Crucis pag. 23.

15. IN COMMEMORAT. S. DOMINICI P. N. IN SURIANO

Capitula sicut in Festo pag. 30.

26. IN FESTO B. M. V. DE MERCEDE

Capitula ut in Festo Nativitatis ejusd. pag. 33.

29. IN FESTO S. MICHAELIS ARCHANG.

Capitula ut in Festo Apparit. S. Michael. pag. 25.

CAPITULA OCTOBRIS.

IN FESTO SS. ROSARII B. VIRG. MARIÆ

Dominica prima Octobris

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,

Capitulum. Eccl. 39.

OBaudíte me divíni fructus; et quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificáte: quasi líbanus odórem suavitátis habéte.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 39.

FLoréte flores quasi lílium; et date odórem, et frondéte in grátiam: collaudáte cánticum, et benedícite Dóminum in opéribus suis.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 24.

QUasi cedrus exaltáta sum in Líbano; et quasi cypréssus in monte Sion: quasi palma exaltáta sum in Cades, et quasi plantátio rosæ in Jéricho.

2. IN FESTO S. ANGELI CUSTODIS

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Exod. 23.

ECce, ego mitto Angelum meum, qui præcédat te, et custódiat in via; et introdúcat in locum, quem parávi: obsérva eum, et audi vocem ejus.

Ad Sextam, Capitulum. Exod. 23.

NEc contemnéndum putes, quia non dimíttet, cum peccáveris: et est nomen meum in illo.

Ad Nonam, Capitulum. Exod. 23.

SI audíeris vocem ejus, et féceris ómnia, quæ loquor, inimícus ero inimícis tuis; et afflígam affligéntes te: præcedétque te Angelus meus.

10. IN FESTO S. LUDOVICI BERTRANDI CONFESSORIS ORD. PRÆD.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Apoc. 14.

VIdi álterum Angelum voléntem per médium cæli; habéntem Evangélium ætérnum: ut evangelizáret sedéntibus super terram, et super omnem gentem.

Ad Sextam, Capitulum. 2. Cor. 12.

TAmétsi nihil sum, signa tamen Apostolátus mei facta sunt super vos: in omni patiéntia, in signis, et prodígiis, et virtútibus.

Ad Nonam, Capitulum. Rom. 1.

PRo Jesu Christo accépimus grátiam, et Apostolátum; ad obediéndum fidei in ómnibus géntibus: in quibus estis et vos vocáti Jesu Christi.

24. IN FESTO SANCTI RAPHAELIS ARCHANGELI

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Tob. 12.

QUando orábas cum lácrymis, et sepeliébas mórtuos, et derelinquébas prándium tuum, et mórtuos abscondébas per diem in domo tua, et nocte sepeliébas eos: ego óbtuli oratiónem tuam Dómino.

Ad Sextam, Capitulum. Tob. 12.

ET nunc misit me Dóminus, ut curárem te, et Saram uxórem filii tui a dæmónio liberárem: ego enim sum Ráphael Angelus, unus ex septem, qui astámus ante Dóminum.

Ad Nonam, Capitulum. Tob. 12.

TEmpus est, ut revértar ad eum, qui me misit: vos autem benedícite Deum, et narráte ómnia mirabília ejus.

CAPITULA NOVEMBRIS.

1. IN FESTO OMNIUM SANCTORUM

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Apoc. 1.

ECce, ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu Solis, habéntem signum Dei vivi: et clamávit voce magna quátuor Angelis, quibus datum est nocére terræ, et mari, dicens: Nolíte nocére terræ, et mari, neque arbóribus, quoadúsque signémus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

Ad Sextam, Capitulum. Apoc. 7.

AUdívi númerum signatórum, centum quadraginta quátuor míllia signáti: ex omni Tribu filiórum Israel.

Ad Nonam, Capitulum. Apoc. 7.

Vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo póterat: ex ómnibus Géntibus, et Tríbubus, et pópulis, et linguis, stantes ante thronum.

Dominica II. Novembris

IN FESTO PATROCINII B. M. V.

Capitula sicut in Nativitate ejusdem pag. 33.

9. IN FESTO OMNIUM SANCTORUM OR. PR.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,

Capitulum. Rom. 8.

Quos præscívit, et prædestinávit confórmes fieri imáginis Filii sui; ut sit ipse primogénitus in multis frátribus: hos et vocávit, et quos vocávit, hos et justificávit, quos autem justificávit, illos et glorificávit.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 44.

Laudémus viros gloriósos, et paréntes nostros in generatióne sua. Multam glóriam fecit Dóminus, magnificéntia sua a século.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 44.

In testaménto stetit semen eórum; et filii eórum propter illos usque in ætérnum manent: semen eórum, et glória eórum non derelinquétur.

12. IN DEDICATIONE BASILICÆ SS. SALVATORIS,
18. et BASILICÆ SS. APOSTOLORUM PETRI, ET PAULI

Capitula ut in Festo Dedicationis Eccles. pag. 9.

21. IN FESTO PRÆSENTATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS

Capitula ut in Festo Nativit. ejusd. pag. 33.

CAPITULA

DE COMM. SANCTORUM.

IN FESTO UNIUS APOSTOLI,

(nisi sit Evangelista) vel plurium Apostolorum

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Ephes. 2.

JAm non estis hóspites, et ádvenæ; sed estis cives sanctórum, et doméstici Dei: superædificáti super fundaméntum Apostolórum, et Prophetárum, ipso summo angulári lápide Christo Jesu.

Ad Sextam, Capitulum. Actor. 5.

PEr manus autem Apostolórum fiébant signa, et prodígia multa in plebe.

Ad Nonam, Capitulum. Actor. 5.

IBant Apóstoli gaudéntes a conspéctu concílii: quóniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati.

IN FESTO UNIUS EVANGELISTÆ

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Eccl. 15.

QUi timet Deum, fáciet bona; et qui cóntinens est justítiæ, apprehéndet illam: et obviábit illi quasi mater honorificáta.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 15.

CIbávit illum Dóminus pane vitæ, et intelléctus: et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 15.

IN médio Ecclésiæ apéruit os ejus, et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ, et intelléctus: stolam glóriæ induit eum.

IN FESTO UNIUS MARTYRIS

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Jacob. 1.

BEátus vir, qui suffert tentatiónem; quóniam cum probátus fuerit, accípiet corónam vitæ: quam repromísit Deus diligéntibus se.

Ad Sextam, Capitulum. Sap. 10.

CUstodívit illum Dóminus ab inimícis; et a seductóribus tutávit eum: et certámen forte dedit illi, ut vínceret.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 4.

PRo justítia agonizáre pro ánima tua: et usque ad mortem certa pro justítia.

IN FESTO PLUR. MARTYRUM

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Heb. 11.

SAncti per fidem vicérunt regna; operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes: in Christo Jesu Dómino nostro.

Ad Sextam, Capitulum. Sap. 10.

REddidit Deus mercédem labórum Sanctórum suórum; et dedúxit illos in via mirábili: et fuit illis in velaménto diéi, et in luce stellárum nocte.

Ad Nonam, Capitulum. Sap. 3.

JUstórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum malítiæ; visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace.

IN FESTO UNIUS CONFESSORIS

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Eccl. 45.

DIléctus Deo, et homínibus; cujus memória in benedictióne est: símilem illum fecit in glória Sanctórum.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 39.

JUstus cor suum tradet ad vigilándum dilúculo, ad Deum, qui fecit illum: et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

Ad Nonam, Capitulum. Sap. 10.

JUstum dedúxit Dóminus per vias rectas; et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam Sanctórum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus.

IN FESTO UNIUS VIRGINIS

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum. Eccl. 51.

COnfitébor tibi Dómine Rex, et collaudábo te Deum Salvatórem meum; confitébor nómini tuo, quóniam adjútor, et protéctor factus es mihi: et liberásti corpus meum a perditióne.

Ad Sextam, Capitulum. 2. Cor. 11.

ÆMulor enim vos Dei æmulatióne: despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.

Ad Nonam, Capitulum. Sap. 4.

O Quam pulchra est casta generátio cum claritáte! Immortális est enim memória illíus: quóniam apud Deum nota est, et apud hómines.

IN FESTO UNIUS MART. NON VIRG.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam,
Capitulum.

Confitébor tibi Dómine Rex, etc. ut supra.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 51.

LIberásti me secúndum multitúdinem misericórdiæ nóminis tui a rugiéntibus præparátis ad escam; de mánibus quæréntium ánimam meam: et de multis tribulatiónibus, quæ circumdedérunt me.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 51.

LAudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum, quóniam éruis sustinéntes te: et líberas eos de manu angústiæ, Dómine Deus noster.

IN COMMUNI UNIUS NEC VIRG. NEC MART.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Prov. 31.

MUlíerem fortem quis invéniet? Procul, et de últimis finibus prétium ejus: confidit in ea cor viri sui, et spóliis non indigébit.

Ad Sextam, Capitulum. Prov. 31.

MAnum suam apéruit ínopi; et palmas suas exténdit ad páuperem: non timébit dómui suæ a frigóribus nivis.

Ad Nonam, Capitulum. Prov. 31.

MUltæ fíliæ congregavérunt divítias, tu supergréssa es univérsas; fallax grátia, et vana est pulchritúdo: múlier timens Deum ipsa laudábitur.

DE B. MARIA VIRGINE IN SABBATIS

Ad primas Vesperas, Laudes, et Tertiam, Capitulum. Eccl. 24.

SIcut cinnamómum, et bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 24.

ET radicávi in pópulo honorificáto; et in parte Dei mei hæréditas illíus: et in plenitúdine Sanctórum deténtio mea.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 24.

Quasi cedrus exaltáta sum in Líbano; et quasi cypréssus in monte Sion: quasi palma exaltáta sum in Cades, et quasi plantátio rosæ in Jéricho.

FERIA III.

DE S. DOMINICO PATRE NOSTRO

Capitula ut in ejus Festo **pag. 30.**

FERIA V.

DE SS. CORPORE CHRISTI


Capitula ut in Festo SS. Corporis Christi **pag. 8.**




BENEDICTIONES

AD LECTIONES IN MATUTINIS.

In primo Nocturno.



1. Benedicti óne perpétu a, bene dí cat



nos Pater ætérnus. ℟ Amen.

2. Unigénitus Dei Fílius nos benedícere, et adjuváre dignétur.
3. Spíritus sancti grátia illumináre dignétur sensus, et corda nostra.

In secundo Nocturno.

1. Deus Pater omnípotens sit nobis propítius, et clemens.
2. Ad gáudia Paradísi perdúcat nos misericórdia Christi.
3. Ignem sui amóris accéndat Deus in córdibus nostris.

In tertio Nocturno, quando non est Homilia.

1. Ille nos benedícat, qui sine fine vivit, et regnat.

Quando legitur Homilia.

1. Evangelica léctio sit nobis salus, et protéctio.
2. Divínum auxílium máneat semper nobíscum.
3. Ad societátem cívium supernórum perdúcat nos Rex Angelórum.

In Natali Domini, Benedictiones iii. Nocturni.

1. Evangélica léctio sit nobis salus, et protéctio.

2. Per Evangélica dicta deleántur nostra delícta.
3. Intelléctum sancti Evangélii apériat nobis virtus Spíritus sancti.

IN FESTIS B. MARIÆ VIRGINIS.

In primo Nocturno

1. ALma Virgo vírginum intercédat pro nobis ad Dóminum.
2. Sancta Dei Génitrix sit nobis auxiliátrix.
3. Nos cum prole pia benedícat Virgo María.

In secundo Nocturno.

1. Ab hoste malígno erípiat nos Dei Génitrix Virgo.
2. Jesus Maríæ Fílius sit nobis clemens, et propítius.
3. Stella María maris succúrrat piíssima nobis.

In tertio Nocturno, si non est homilia; et in Sabbatis, quando de B. MARIA Virg. agitur.


1. Oret voce pia pro nobis Virgo María.

Si fuerit Homilia.

1. Evangélica léctio sit nobis salus, et protéctio.
2. In omni tribulatióne, et angústia subvéniat nobis pia Virgo María.
3. Ad societátem cívium supernórum perdúcat nos Regína Angelórum.

VERSICULI DE TEMP. ANTE LAUDES.

In Adventu Domini.



℣. Emítte Agnum, Dómine, dominatórem terræ.

In Vigilia Nativitatis Domini.

℣. Crástina die delébitur iníquitas terræ.


In Nativitate Domini, cum non sequitur Missa, in crastino S. Thomæ, in Circumcis. et Vigil. Epiph.

℣. **Puer natus est nobis.**

In Epiphania Domini, per octav. et in octava.


℣. **Vídimus stellam ejus in Oriénte.**

Dom. I. post oct. Epiph. et in Dom. usq. ad Quadrag. et in Dom. post oct. Trinit. usq. ad Advent.



℣. **Excélsus super omnes gentes Dóminus.**

In profestis diebus ab octav. Epiph. usque ad Dominicam I. in Quadrag. et a Dominica I. post octav. Trinit. usque ad Adventum.



℣. **Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.**

Dominica I. in Quadragesima, et deinceps usque ad Dominicam in Passione.

℣. **In mánibus portábunt te.**

Dominica in Passione, et deinceps usque ad Cœnam Domini.

℣. **Inténde ánimæ meæ, et líbera eam.**

In die Paschæ, et deinceps usque ad Ascensionem Domini.

℣. **In Resurrectióne tua Christe, alleluja.**

In Ascensione Domini, per octavam, in octava, et duobus diebus sequentibus.

℣. **Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, allelúja.**

In die Pentecostes, et quotidie per hebdomadam.

℣. **Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, allelúja.**

In Festo SS. Trinitatis.

℣ **Magnus Dóminus, et laudábilis nimis.**

In Festo SS. Corporis Christi, per oct. et in oct.

℣ **Comédi favum cum melle meo.** Alleluia.

In Festo Dedic. Ecclesiæ, per octav. et in octav.

℣ **Dómine diléxi decórem domus tuæ.**

Tempore Resurrectionis additur, **Allelúja.**

VERSICULI DE SANCTIS ANTE LAUDES.

Notandum, quod de singulis Sanctis, nisi ponantur proprii Versus ante Laudes, debent dici de Communi Sanctorum.

In Festo Sancti Andreæ Apostoli.

℣ **Diléxit Andréam Dóminus.**

In Festo Conceptionis, aliisque Festis B. M. V. et per octav. quando de ea agitur, excepto Festo Expectat. Partus, Annunciat. et Assumptionis.

℣ **Ora pro nobis sancta Dei génitrix.**

In Translatione almæ Domus Lauretanæ.

℣ **Dómine diléxi decórem Domus tuæ.**

In Expectatione Partus B. Mariæ Virginis.

℣ **Emítte Agnum, Dómine, Dominatórem terræ.**

In Festo S. Joannis Apost. et Evang. et in octav.

℣ **Valde honorándus est beátus Joánnes.**

In Festo SS. Innocentum MM. et in octava.

℣ **Exultábunt Sancti in glória.**

In Festo SS. Nominis Jesu.

℣ **Sit Nomen Dómini benedíctum.**

In Cathedra Romana, et Antiochena S. Petri Apostoli.

℣ **Exáltent eum in Ecclésia plebis.**

In Festo Orationis D. N. J. C. in Monte Oliveti.

℣. **Christus factus in agonía.**

In Commemoratione Dominicæ Passionis.

℣. **Miserére nostri Jesu benígne.**

In Festo Lanceæ, et Clavorum D. N. J. C.

℣. **Ipse vulnerátus est propter iniquitátes nostras.**

In Festo Sanctissimæ Sindonis D. N. J. C.

℣. **Abscóndit me Deus in tabernáculo suo.**

In Festo Quinque Vulnerum D. N. J. C.

℣. **Fodérunt manus meas, et pedes meos.**

In Festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.

℣. **Te ergo, quæsumus, tuis fámulis súbveni.**

In Compassione Beatæ Mariæ Virginis.

℣. **Tuam ipsíus ánimam dolóris gládius pertransíbit.**

In Festo S. Joseph Sponsi B. Mariæ Virginis.

℣. **Constítuit eum Dóminum domus suæ.**

In Festo S. Gabrielis Archangeli.

℣. **Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.**

In Annunciatione Dominica.

℣. **Emítte Agnum, Dómine, Dominatórem terræ.**

Tempore Paschali cum **allelúja.**

In Festo Patrocinii S. Joseph Sponsi B. M. V.

℣. **Constítuit eum Dóminum domus suæ.**

In Festo Inventionis S. Crucis.

℣. **Dícite in natiónibus, allelúja.**

In Festo Coronæ Domini.

℣. **Plecténtes Corónam de spinis, allelúja.**

In Apparitione S. Michaelis Archangeli.

℣. **Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.**

In Festo Sanctissimi Cordis Jesu.

℣. **Miserátor, et miséricors Dóminus.**

In Festo S. Joannis Baptistæ, et per octav. et in octava.

℣. **Fuit homo missus a Deo.**

In Festo SS. Apostolorum Petri, et Pauli.

℣ **Tu es Petrus.**

Per octavam Apostolorum, et in octava.

℣ **Dedísti hæreditátem.**

In Festo S. Mariæ Magdalenæ, et per oct.

℣ **Optimam partem elégit sibi María.**

In Festo S. Petri ad Vincula.

℣ **Tu es Petrus.**

In Transfiguratione Domini.

℣ **Emítte lucem tuam, et veritátem tuam.**

In Festo Assumptionis B. Mariæ Virginis, et per octavam, et in octava.

℣ **Exaltáta est sancta Dei Génitrix.**

In Festo Exaltationis S. Crucis.

℣ **Dícite in natiónibus.**

In Festo S. Michaelis Archangeli, et per octav. et in octava, quando de ea agitur.

℣ **Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.**

In Festo S. Angeli Custodis.

℣ **Muro inexpugnábili protectiónis tuæ custódi nos Angele Dei.**

In Festo S. Raphaelis Archangeli.

℣ **Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.**

In Festo Omnium Sanctor. et per oct. et in oct.

℣ **Oráte pro nobis omnes Sancti Dei.**

In Festo Omnium Sanctorum Ordinis Nostri.

℣ **Oráte pro nobis Sancti, et Sanctæ Dei.**

VERSICULI DE COMM. SANCTORUM ANTE LAUDES.

In Communi unius, vel plurium Apostolorum, sive unius Evangelistæ.

℣ **Dedísti hæreditátem.**

Unius Martyris.

℣ **Ora pro nobis Beáte** N.

Plurium Martyrum.

℣ **Exultábunt Sancti in glória.**

Unius Confessoris.

℣ **Ora pro nobis Beáte** N.

Unius Virginis, et non Virginis, seu Martyris, seu non Martyris.

℣ **Ora pro nobis Beáta** N.




ANTIPHONÆ DE TEMPORE.

ANTIPHONÆ ADVENTUS.

SABBATO


ante Dominicam I. Advent.
Ad Magnif. Antiph.



Ecce nomen Dómini, venit de longínquo: et cláritas ejus replet orbem terrárum.


DOMINICA I.

Ad Benedict. Antiph.



Spí ri tus sanctus in te descéndet, María: ne tímeas, habébis in útero Fílium Dei. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Ne tí me as, María, invenísti grátiam apud Dóminum: ecce concípies, et páries Fílium. Allelúja.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



An ge lus Dómini nunciávit Maríæ, et concépit de Spíritu sancto. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Je rú sa lem réspice ad Oriéntem, et vide. Allelújá.

FERIA III.


Ad Benedict. Antiph.



Le va, Jerúsalem, óculos, et vide poténtiam Regis: ecce Salvátor ve-

nit sólvere te a vínculis.


Ad Magnif. Antiph.



Quæri te Dóminum, dum inveníri potest: invocáte eum, dum prope est. Allelúja.


FERIA IV.

Ad Benedict. Antiph.



De Si on exíbit lex; et verbum Dómini de Jerúsalem.


Ad Magnif. Antiph.



Vé ni et fórtior me post me, cujus non sum dignus sólvere corrígiam calceamentórum ejus.


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



Benedí cta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.


Ad Magnif. Antiph.



Expe ctábo Dóminum Salvatórem meum, et præstolábor eum, dum prope est. Allelúja.

FERIA VI.

Ad Benedict. Antiph.



Ec ce véniet Deus, et homo de domo David sedére in throno. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Ex Ægy pto vocávi Fílium meum: véniet, ut salvet pópulum suum.

SABBATO

Ad Benedict. Antiph.




Si on noli timére, ecce Deus tuus véniet. Allelúja.

DOMINICA II.


Sabbato præcedenti

Ad Magnif. Antiph.




Veni Dó mine visitáre nos in pace, ut lætémur coram te corde perfécto.

Ad Benedict. Antiph.



Jo ánnes autem, cum audísset in vínculis ópera Christi, mittens duos ex discípulis suis, ait illi: Tu es, qui ventúrus es, an álium expectámus?


Ad Magnif. Antiph.



Ite, dí ci te Joánni: cæci vídent, et surdi áudiunt, claudi curántur, et leprósi mundántur.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



De cæ lo véniet dominátor Dóminus, et in manu ejus honor, et impérium.


Ad Magnif. Antiph.



Ecce vé ni et Rex Dóminus terræ, et ipse áuferet jugum captivitátis nostræ.


FERIA III.

Ad Benedict. Antiph.



Super te Jerúsalem oriétur Dóminus, et glória ejus in te vidébitur.


Ad Magnif. Antiph.



Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini, rectas fácite sémitas Dei nostri.

FERIA IV.


Ad Benedict. Antiph.



Ecce ego mit to Angelum meum, qui præpa-

rábit viam meam ante fáciem tuam.


Ad Magnif. Antiph.



Si on renováberis, et vidébis justum tuum, qui ventúrus est in te.


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



Tu es, qui ventúrus es, Dómine, quem expectámus, ut salvum fácias pópulum tuum.


Ad Magnif. Antiph.



Qui post me venit ante me factus est: cujus non sum dignus calceaménta sólvere.


FERIA VI.

Ad Benedict. Antiph.



Di cite: Pusillánimes confortámini: ecce Dóminus Deus noster veniet.


Ad Magnif. Antiph.



Cantá te Dómino cánticum novum: laus ejus ab extrémis terræ.

SABBATO.

Ad Benedict. Antiph.




Levá bit Dóminus signum in natiónibus, et congregábit dispérsos Israel.

DOMINICA III.


Sabbato præcedenti

Ad Magnif. Antiph.




An te me non est formátus Deus, et post me non erit: quia mihi curvábitur omne genu, et confitébitur omnis lingua.

Ad Benedict. Antiph.



Su per só li um David, et super regnum ejus sedébit in ætérnum. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Be á ta es María, quæ credidísti Dómino: perficiéntur in te, quæ dicta sunt tibi a Dómino. Allelúja. vel O.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



E gre di é tur virga de radíce Jesse, et replébitur ómnis terra glória Dómini: et vidébit omnis caro salutáre Dei.


Ad Magnif. Antiph.



E le vá re, eleváre, consúrge Jerúsalem: solve víncula colli tui captíva filia Sion. vel O.


FERIA III.

Ad Benedict. Antiph.



Tu Bé thle hem terra Juda, non eris mínima: ex te enim éxiet Dux, qui regat pópulum meum Israel.


Ad Magnif. Antiph.



Erúmpant montes jucunditátem, et colles justítiam: quia lux mundi Dóminus cum poténtia véniet. vel O.


FERIA IV.

Ad Benedict. Antiph.



Missus est Gábriel Angelus ad Maríam vírginem desponsátam Joseph.

Ad Magnif. Antiph.



Quó mo do fiet istud, Angele Dei, quia virum in concipiéndo non pértuli? Audi María virgo Christi: Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. vel O.


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



Vi gi lá te ánimo, in próximo est Dóminus Deus noster.


Ad Magnif. Antiph.



Læ tá mi ni cum Jerúsalem, et exultáte in ea omnes, qui dilígitis eam in æternum. vel O.

FERIA VI.

Ad Benedict. Antiph.



Ex quo fa cta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit in gáudio infans in útero meo.


Ad Magnif. Antiph.



Be á ta es María, quæ credidísti, perficiéntur in te, quæ dicta sunt tibi a Dómino. Allelúja. vel O.

SABBATO.


Ad Benedict. Antiph.



Omnis val lis implébitur, et omnis mons, et collis humiliábitur: et vidébit omnis caro salutáre Dei.


DOMINICA IV.

Sabbato præcedenti Ad Magnif. Antiph.




O.

Ad Benedict. Antiph.



Ave Ma rí a, grátia plena, Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



O.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



Dicit Dóminus: Pœniténtiam ágite: appropinquávit enim regnum cælórum. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



O.

FERIA III.

Ad Benedictus Antiph.



Consúr ge, consúrge, indúere fortitúdinem bráchium Dómini.


Ad Magnif. Antiph.



O.


FERIA IV.

Ad Benedict. Antiph.



Ponent Dómino glóriam, et laudem ejus in ínsulis nunciábunt: quia ecce véniet, et non tardábit.


Ad Magnif. Antiph.



O.


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



Consolá mi ni, consolámini pópule meus, dicit Dóminus Deus vester.


Ad Magnif. Antiph.



O.

FERIA VI.


Ad Benedict. Antiph.



Di es Dó mi ni sicut fur in nocte, ita véniet: et vos estóte paráti, quia, qua hora non putátis, Fílius hóminis véniet.


Antiphonæ, septem proximis diebus ante Vigiliam Nativitatis, cantandæ.

Ad Magnif. Antiph. i.




O Sa pién ti a, quæ ex ore Altíssimi prodiísti, attíngens a fine usque ad finem fórtiter, suavitérque dispónens ómnia: veni ad docéndum nos viam prudéntiæ.

Ad Magnif. Antiph. ii.




O A do ná i, et dux domus Israel, qui Móysi in igne flammæ rubi apparuísti, et ei in Sina legem dedísti: veni ad rediméndum nos in bráchio exténto.

Ad Magnif. Antiph. iii.



O ra dix Jes se, qui stas in signum populórum, super quem continébunt reges os suum, quem gentes deprecabúntur: veni ad liberándum nos, jam noli tardáre.

Ad Magnif. Antiph. iv.




O Clá vis Da vid, et sceptrum domus Israel, qui áperis, et nemo claudit: claudis, et nemo áperit: veni, et educ vinctum de domo cárceris sedéntem in ténebris, et umbra mortis.

Ad Magnif. Antiph. v.



O O ri ens, spléndor lucis ætérnæ, et sol justítiæ: veni, et illúmina sedéntes in ténebris, et umbra mortis.

Ad Magnif. Antiph. vi.



O Rex gén ti um, et desiderátus eárum, lapísque anguláris, qui facis útraque unum: veni, et salva hóminem, quem de limo formásti.

Ad Magnif. Antiph. vii.



O Em má nu el, Rex, et légifer noster, expectátio géntium, et Salvátor eárum; veni ad salvándum nos, Dómine Deus noster.

Mem. de Adven. in die S. Thomæ Apost.


Ad Benedict. Antiph.



No lí te timére, quinta enim die véniet ad vos Dóminus noster.


IN VIGIL. NATIVIT. DOMINI

In Laudibus Antiph.




Ju dæ a.

Ad Benedict. Antiph.




Cum es set desponsáta mater Jesu María Joseph, antequam conveníրent, invénta est in útero habens: quod enim in ea natum est, de Spíritu sancto est. Allelúja.

In primis Vesperis super primum Psal. Antiph.




Rex pa cí fi cus.

Ad Magnif. Antiph.



Cum or tus fúerit Sol de cælo, vidébitis Regem Regum procedéntem a Patre, tamquam sponsum de thálamo suo.

Ad Nunc dimittis Antiph.



Ec ce, compléta sunt ómnia, quæ dicta sunt per Angelum de Vírgine María.


IN NATIVIT. DOMINI

In Matut. super primum Psalmum Antiph.



Dó mi nus.

In Laudibus Antiph.



Quem vi dí stis.

Ad Benedict. Antiph.




Gló ri a in excélsis Deo, et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Allelúja, allelúja.

In secundis Vesperis super primum Psal. Antiph.




Tecum prin cí pi um.

Ad Magnif. Antiph.




Hó di e Christus natus est: hódie Salvátor appáruit: hódie in terra canunt Angeli, lætántur Archángeli: hódie exúltant justi, dicéntes: Glória in excélsis Deo. Allelúja.

Ad Nunc dimittis Antiph.



Alle lú ja, Verbum caro factum est, allelúja: et habitávit in nobis. Allelúja, alleluja.

Infra oct. ad Benedict. Antiphona.



Né sci ens mater virgo virum, péperit sine dolóre Salvatórem seculórum: ipsum Regem Angelórum sola Virgo lactábat úbere de cælo pleno.

Ad Magnif. Antiph.



Gau de á mus omnes fidéles, Salvátor noster natus est in mundum: hódie procéssit proles magnífici gérminis, et persevérat pudor virginitátis.

DOM. INFRA OCT.

post Memor. Sanctorum ad Memor. de Dominica In Laudibus Antiph.

Dum médium siléntium

tenérent ómnia, et nox in suo cursu médium iter perágeret, omnípotens sermo tuus Dómine, a regálibus sédibus venit. Allelúja.

Ad Vesperas Antiph.

Erant Joseph, et María mater Jesu mirántes super his, quæ dicebántur de illo.


IN CIRCUMCISIONE DOMINI

In i. Vesp. et in Laud. super Psal. Antiph.




O admi rá bile.

Ad Magnif. Antiph.




Qui de ter ra est, de terra lóquitur: qui de cælo venit, super omnes est; et quod vidit, et audívit, hoc testátur, et testimónium ejus nemo áccipit: qui autem accéperit ejus testimónium, signávit, quia Deus verax est.

Ad Benedict. Antiph.



Mi rá bi le mystérium declarátur hódie: innovántur natúræ: Deus homo factus est: id, quod non erat, assúmpsit: non commixtiónem passus, neque divisiónem.

Ad Magnif. Antiph.



Ma gnum hæreditátis Mystérium: templum Dei factus est úterus nésciens virum: non est pollútus ex ea carnem assúmens: omnes gentes vénient, dicéntes: Glória tibi Dómine.

IN VIGILIA EPIPHANIÆ

Ad Benedict. Antiph.



Re vér te re in terram Juda: mórtui sunt enim, qui quærébant ánimam púeri.

In Vesp. et in Laud. Antiphona.




Ante Lucí fe rum.

Ad Magnif. Antiph.



Ma gi vidéntes stellam, dixérunt ad ínvicem: Hoc signum magni Regis est: eámus, et inquirámus eum: et offerámus ei múnera, aurum, thus, et myrrham. Allelúja.


Ad Nunc dimittis Antiphona.



Alle lú ja, omnes de Saba vénient, allelúja: aurum, et thus deferéntes. Allelúja, allelúja.


IN DIE EPIPHANIÆ

In Matut. super primum Psalmum Antiph.




Af fér te.

Ad Benedict. Antiph.




Hó di e cæléstì Sponso juncta est Ecclésia, quóniam in Jordáne lavit Christus ejus crímina: currunt cum munéribus Magi ad regáles núptias: et ex aqua facto vino lætántur convívæ. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Ab O ri én te venérunt Magi in Bethlehém adoráre Dóminum: et apértis thesáuris suis, pretiósa múnera obtulérunt: aurum sicut Regi magno, thus sicut Deo vero, myrrham sepultúræ ejus. Allelúja.


Per Octavam ad Benedictus Antiphona.



Descén dit Spíritus sanctus corporáli spécie sicut colúmba in ipsum, et vox de cælo facta est:

Hic est Fílius meus diléctus. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Vidéntes stellam Magi gavísi sunt gáudio magno: et intrántes domum: obtulérunt Dómino aurum, thus, et myrrham.

DOMIN. INF. OCT.

Ad Mem. in Laud. Antiphona.


Fili, quid fecísti nobis sic? Ego, et pater tuus doléntes quærebámus te. Quid est, quod me quærebátis? Nesciebátis, quia in his, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse? Allelúja.

Ad Vesperas Antiph.

Puer Jesus proficiébat sapiéntia, et ætáte coram Deo, et homínibus.


IN OCT. EPIPH.

Ad Magnif. Antiph.




Baptízat miles Regem, servus Dóminum suum, Joánnes Salvatórem: aqua Jordánis stúpuit: colúmba protestáta est: Patérna vox audíta est: Hic est Fílius meus.

Ad Benedict. Antiph.



Præcúrsor Joánnes exúltat cum Jordáne: baptizáto Dómino, facta est orbis terrárum exultátio: facta est peccatórum nostrórum remíssio: sanctíficans aquas, ipsi omnes clamémus: Miserére nobis.

Ad Magnif. Antiph.




Fontes aquárum sanctificáti sunt Christo apparénte in glória: orbis terrárum haurite aquas de fóntibus Salvatóris: sanctificávit enim nunc omnem creatúram Christus Deus noster.

DOMINICA I. POST OCT. EPIPH.


Sabbato præcedenti, et in omnibus Sabbatis usq. ad Septuag. inclus.

Ad Magnif. Antiph.




Peccá ta mea, Dómine, sicut sagíttæ infixa sunt in me: sed antequam vúlnera génerent in me, sana me, Dómine, medicaménto pœniténtiæ, Deus.

Ad Nunc dimittis Antiphona.




Sal va nos Dómine vigilántes, custódi nos dormiéntes, ut vigilémus cum Christo, et requiescámus in pace.

Ad Benedict. Antiph.



Nú pti æ factæ sunt in Cana Galilææ: et erat ibi Jesus cum María matre ejus.


Ad Magnif. Antiph.



De fi ci énte vino, jussit Jesus impléri hydrias aqua: quæ in vinum convérsa est. Allelúja.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



Bene dí ctus Dóminus Deus Israel.


Ad Magnif. Antiph.



Ma gní fi cat ánima mea Dóminum.


FERIA III.

Ad Benedict. Antiph.



E ré xit Dóminus nobis cornu salútis, in domo David púeri sui.


Ad Magnif. Antiph.



Exul tá vit spíritus meus in Deo salutári meo.

FERIA IV.


Ad Benedict. Antiph.



Sa lú tem ex inimícis

nostris, et de manu ómnium, qui nos odérunt, líbera nos Dómine.


Ad Magnif. Antiph.



Respe xí sti humilitátem meam, Dómine Deus meus.


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



In sancti tá te serviámus Dómino: et liberábit nos ab inimícis nostris.


Ad Magnif. Antiph.



De pó su it poténtes sanctos persequéntes, et exaltávit húmiles Christum confiténtes.


FERIA VI.

Ad Benedict. Antiph.



Per ví sce ra misericórdiæ Dei nostri: in quibus visitávit nos óriens ex alto.


Ad Magnif. Antiph.



Su scé pit Deus Israel púerum suum, sicut locútus est Abraham, et sémini ejus: et exaltávit húmiles usque in séculum.

SABBATO


Ad Benedict. Antiph.



In vi am pacis dírige nos Dómine.


DOMINICA II.

Ad Benedict. Antiph.



Cum au tem descendísset Jesus de monte, ecce leprósus véniens adorábat eum, dicens: Dómine, si vis, potes me mundáre. Et exténdens manum, tétigit eum, dicens: Volo. Mundáre.


Ad Magnif. Antiph.



Dó mine, si vis, potes me mundáre. Et ait Jesus: Volo. Mundáre.


DOMINICA III.

Ad Benedict. Antiph.



Ascendén te Jesu in navículam, ecce motus magnus factus est in mari: et suscitavérunt eum discípuli ejus, dicéntes: Dómine, salva nos, perímus.


Ad Magnif. Antiph.



Dó mine, salva nos, perímus: ímpera, et fac Deus tranquillitátem.

DOMINICA IV.

Ad Benedict. Antiph.



Dó mine, nonne bonum semen semenásti in agro tuo? Unde ergo habet zizánia? et ait illis: Hoc fecit inimícus homo.


Ad Magnif. Antiph.



Col lí gi te primum zizánia, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum: tríticum autem congregáte in hórreum meum, dicit Dóminus.


DOMINICA V.

Ad Benedict. Antiph.



Sí mi le est regnum cælórum grano sinápis, quod mínimum est ómnibus semínibus: cum autem créverit, majus est ómnibus oléribus.


Ad Magnif. Antiph.



Sí mi le est regnum cælórum ferménto, quod accéptum múlier abscóndit in farínæ satis tribus, donec fermentátum est totum.


DOMINICA SEPTUAGESIMÆ

Ad Benedict. Antiph.




Si mi le est regnum cælórum hómini patrifamílias, qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam suam, dicit Dóminus.

Ad Magnif. Antiph.




Di xit paterfa mí li as operáriis suis: Quid hic statis tota die otiósi? At illi respondéntes, dixérunt: Quia nemo nos condúxit. Ite et vos in víneam meam, et quod justum fúerit, dabo vobis.

Per Hebdomadam
Ad Benedict. Antiph.



Hi no vís si mi una hora fecérunt, et pares illos nobis fecísti, qui portávimus pondus diéi, et æstus.


Ad Magnif. Antiph.



Erunt pri mi novíssimi, et novíssimi primi: multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti, dicit Dóminus.


DOMINICA SEXAGESIMÆ

Sabbato præcedenti
Ad Magnif. Antiph.
Erunt primi. ut supra.
Ad Benedict. Antiph.




Cum tur ba plúrima convenírent ad Jesum, et de civitátibus properárent ad eum, dixit per similitúdinem: Exiit, qui séminat, semináre semen suum.

Ad Magnif. Antiph.




Vo bis datum est nosse mystérium regni Dei, céteris autem in parábolis, dixit Jesus discípulis suis.

Per Hebdomadam
Ad Benedict. Antiph.



Semen est verbum Dei: sator autem Christus: omnis, qui audit eum, manébit in ætérnum.

Ad Magnif. Antiph.




Quod au tem cécidit in terram bonam, hi sunt, qui in corde bono, et óptimo verbum rétinent, et fructum áfferunt in patiéntia.

DOMINICA QUINQUAGESIMÆ

Sabbato præcedenti
Ad Magnif. Antiph.


Quod autem. ut supra.

Ad Benedict. Antiph.




Ecce ascéndimus Jerosólymam, et consummabúntur ómnia, quæ scripta sunt de Fílio hóminis: tradétur enim géntibus, et illudétur, et flagellábitur, et conspuétur: et postquam flagelláverint, occídent eum, et tértia die resúrget.

Ad Magnif. Antiph.




Stans au tem Jesus, jussit cæcum addúci ad se, et ait illi: Quid vis, ut fáciam tibi? Dómine, ut vídeam. Et Jesus ait illi: Réspice, fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit, et sequebátur illum, magníficans Deum.

Per Hebdomadam
Ad Benedict. Antiph.



Tradé tur enim géntibus ad illudéndum, et flagellándum, et crucifigéndum.


Ad Magnif. Antiph.



Omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.


FERIA IV. CINERUM

Ad Benedict. Antiph.



Cum je juná tis, nolíte fieri sicut hypócritæ, tristes.


Ad Magnif. Antiph.



Thesau ri zá te vobis thesáuros in cælo, ubi nec ærúgo, nec tínea demolítur.


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



Dó mi ne, puer meus jacet paralyticus in domo, et male torquétur. Amen dico tibi: Ego véniam, et curábo eum.


Ad Magnif. Antiph.



Dó mi ne, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus.


FERIA VI.

Ad Benedict. Antiph.



Cum fa cis eleemósynam, nésciat sinístra tua, quid fáciat déxtera tua.


Ad Magnif. Antiph.



Tu au tem, cum oráveris, intra in cubículum tuum, et clauso óstio, ora Patrem tuum.

SABBATO

Ad Benedict. Antiph.




Quare jejunávimus, et non aspexísti? Humiliávimus ánimas nostras, et nescísti?

DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ

Sabbato præcedenti


Ad Magnif. Antiph.



Ec ce nunc tempus


acceptábile, ecce nunc dies salútis: in his ergo diébus exhibeámus nos sicut Dei ministros, in multa patiéntia, in vigíliis, in jejúniis, et in charitáte non ficta.

Ad Nunc dimittis Antiphona.




E ví gi la super nos, ætérne Salvátor, ne nos apprehéndat cállidus tentátor: quia tu factus es nobis sempitérnus adjútor.

Ad Benedict. Antiph.



Ductus est Jesus in desértum a Spíritu, ut tentarétur a diábolo: et cum jejunásset quadragínta diébus, et quadragínta nóctibus, póstea esúriit.


Ad Magnif. Antiph.



Re líquit eum tentátor, et accessérunt Angeli, et ministrábant ei.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



Ve ní te benedícti Patris mei, percípite regnum, quod vobis parátum est ab orígine mundi.


Ad Magnif. Antiph.



Quod u ni ex mínimis meis fecístis, mihi fecístis, dicit Dóminus.


FERIA III.

Ad Benedict. Antiph.



In trá vit Jesus in templum Dei, et ejiciébat omnes vendéntes, et eméntes: et mensas nummulariórum, et cáthedras vendéntium colúmbas evértit.

Ad Magnif. Antiph.




Scri ptum est enim, quia domus mea, domus

orationis est cunctis géntibus: vos autem fecístis illam spelúncam latrónum. Et erat quotídie docens in templo.


FERIA IV.

Ad Benedict. Antiph.



Gene rá ti o hæc prava, et pervérsa signum quærit: et signum non dábitur ei, nisi signum Jonæ prophétæ.

Ad Magnif. Antiph.



Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diébus, et tribus nóctibus, ita erit Filius hóminis in corde terræ.


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



Egrés sus Jesus secéssit in partes Tyri, et Sidónis: et ecce múlier Chananæa a finibus illis egréssa clamábat, dicens: Miserére mei, Fili David.


Ad Magnif. Antiph.



O mú li er magna est fides tua! Fiat tibi, sicut petísti.


FERIA VI.

Ad Benedict. Antiph.



Ange lus Dómini descendébat de cælo, et movebátur aqua, et sanabátur unus.


Ad Magnif. Antiph.



Qui me sanum fecit, ille mihi præcépit: Tolle grabátum tuum, et ámbula in pace.

SABBATO

Ad Benedict. Antiph.




Assúmpsit Jesus discípulos suos, et ascéndit

in montem, et transfigurátus est ante eos.


DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ

Sabbato præcedenti
Ad Magnif. Antiph.




Dó mi ne, bonum est nos hic esse: si vis, faciámus hic tria tabernácula: tibi unum, Móysi unum, et Elíæ unum.

Ad Benedict. Antiph.



Assúmpsit Jesus discípulos suos, et ascéndit in montem, et transfigurátus est ante eos.


Ad Magnif. Antiph.



Vi si ónem, quam vidístis, némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



E go princípium, qui et loquor vobis.


Ad Magnif. Antiph.



Qui me misit, mecum est, et non relíquit me solum: quia, quæ plácita sunt ei, fácio semper.


FERIA III.

Ad Benedict. Antiph.



U nus est enim magíster vester, qui in cælis est, dicit Dóminus.


Ad Magnif. Antiph.



Qui ma jor est vestrum, erit miníster vester: quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur, dicit Dóminus.


FERIA IV.

Ad Benedict. Antiph.



Ecce ascén dimus Jerosólymam: et Fílius hóminis tradétur ad crucifigéndum.

Ad Magnif. Antiph.



Sedére autem mecum, non est meum dare vobis: sed quibus parátum est a Patre meo.


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



Pater Abra ham, miserére mei, et mitte Lázarum, ut intíngat extrémum dígiti sui in aquam, ut refrígeret linguam meam.


Ad Magnif. Antiph.



Fi li, recordáre, quia recepísti bona in vita tua, et Lázarus simíliter mala.


FERIA VI.

Ad Benedictus Antiph.



Ma los male perdet, et víneam suam locábit áliis agrícolis, qui reddant ei fructum tempóribus suis.


Ad Magnif. Antiph.



Quæréntes eum tenére timuérunt turbam, quia sicut prophétam eum habébant.

SABBATO

Ad Benedict. Antiph.




Va dam ad patrem meum, et dicam ei: Pater, fac me sicut unum ex mercenáriis tuis.

DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ

Sabbato præcedenti


Ad Magnif. Antiph.



Di xit autem pater ad

servos suos: Cito proférte stolam primam, et indúite illum, et date ánnulum in manu ejus, et calceaménta in pédibus ejus.

Ad Nunc dimittis Antiphona.




Mé di a vi ta in morte sumus; quem quærimus adjutórem, nisi te Dómine, qui pro peccátis nostris juste irásceris?

Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte, et misericors Salvátor, amáræ morti ne tradas nos.


℣. Ne projícias nos in témpore senectútis: cum defécerit virtus nostra, ne derelínquas nos Dómine. Sancte Deus, etc.

Ad Benedict. Antiph.



Et cum e je cís set dæmónium, locútus est mutus, et admirátæ sunt turbæ.


Ad Magnif. Antiph.



Extól lens quædam múlier vocem de turba, dixit: Beátus venter, qui te portávit, et úbera, quæ suxísti. At Jesus dixit ei: Quinímmo beáti, qui áudiunt verbum Dei, et custódiunt illud.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



A men, amen dico vobis: quia nemo prophéta accéptus est in pátria sua.


Ad Magnif. Antiph.



Je sus autem tránsiens per médium illórum ibat.

FERIA III.


Ad Benedict. Antiph.



Si du o ex vo-

bis consénserint super terram, de omni re, quamcúmque petíerint, fiet illis a Patre meo, qui in cælis est, dicit Dóminus.


Ad Magnif. Antiph.



Ubi duo, vel tres congregáti fúerint in nómine meo, in médio eórum sum, dicit Dóminus.


FERIA IV.

Ad Benedict. Antiph.



Audí te, et intellígite traditiónes, quas Dóminus dedit vobis.

Ad Magnif. Antiph.



Non lotis mánibus manducáre, non coínquinat hóminem.


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



E xí bant autem dæmónia a multis clamántia, et dicéntia: Tu es Fílius Dei. Et íncrepans, non sinébat ea loqui, quia sciébant ipsum esse Christum.


Ad Magnif. Antiph.



Omnes qui habébant infírmos, ducébant illos ad Jesum, et curabántur.


FERIA VI.

Ad Benedict. Antiph.



Dó mi ne, ut vídeo, prophéta es tu: patres nostri in monte hoc adoravérunt.


Ad Magnif. Antiph.



Veri ado ra tó res adorábunt Patrem in spíritu, et veritáte.

SABBATO

Ad Benedict. Antiph.




In cli ná vit se Jesus,

et scribébat in terra: Si quis sine peccáto est, mittat in eam lápidem.

DOMINICA IV. QUADRAGESIMÆ


Sabbato præcedenti

Ad Magnif. Antiph.




Nemo te condemnávit múlier? Nemo Dómine: Nec ego te condemnábo: jam ámplius noli peccáre.

Ad Benedict. Antiph.



Abiit Jesus trans mare Galilææ, quod est Tiberíadis, et sequebátur eum multitúdo magna, quia vidébant signa super his, qui infirmabántur. Súbiit ergo in montem Jesus, et ibi sedébat cum discípulis suis: erat autem próximum Pascha dies festus Judæórum.


Ad Magnif. Antiph.



Cum sublevásset óculos Jesus, et vidísset máximam multitúdinem veniéntem ad se: dixit ad Philippum: Unde emémus panes, ut mandúcent hi? Hoc autem dicébat tentans eum: ipse enim sciébat; quid esset factúrus.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



Auférte ista hinc, dicit Dóminus: et nolíte fácere domum Patris mei domum negotiatiónis.


Ad Magnif. Antiph.



Sólvite templum hoc, dicit Dóminus: et post tríduum reædificábo illud. Hoc autem dicébat de templo córporis sui.


FERIA III.

Ad Benedict. Antiph.



Quid me quæritis interficere, hóminem, qui vera locútus sum vobis?

Ad Magnif. Antiph.



Unum opus feci, et omnes admirámini: quia totum hóminem sanum feci in Sábbato.


FERIA IV.

Ad Benedict. Antiph.



Rab bi, quis peccávit, hic, aut paréntes ejus, quia cæcus natus est? Respóndit Jesus, et dixit: Neque hic peccávit, neque paréntes ejus, sed ut manifesténtur ópera Dei in illo.


Ad Magnif. Antiph.



Il le homo, qui dícitur Jesus, lutum fecit ex sputo, et linívit óculos meos, et modo vídeo.


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



Accés sit Je sus, et tétigit lóculum. Hi autem, qui portábant, stetérunt, et ait: Adoléscens tibi dico: Surge. Et resédit, qui erat mórtuus, et cœpit loqui.

Ad Magnif. Antiph.



Prophé ta ma gnus surréxit in nobis, et quia Deus visitávit plebem suam.


FERIA VI.

Ad Benedict. Antiph.



Lá za rus amícus noster dormit: eámus, et a somno excitémus eum.


Ad Magnif. Antiph.



Dó mi ne si fuísses hic, Lázarus non esset mórtuus: ecce jam fœtet quatriduánus in monuménto.

SABBATO

Ad Benedict. Antiph.




Ego sum lux mundi, qui séquitur me, non ámbulat in ténebris: sed habébit lumen vitæ, dicit Dóminus.

DOMINICA IN PASSIONE

Sabbato præcedenti


Ad Magnif. Antiph.



Ego sum, qui testimónium perhíbeo de me ipso: et testimónium pérhibet de me, qui misit me Pater.


Ad Nunc dimittis

Antiphona.




O Rex glorióse inter Sanctos tuos! Qui semper es laudábilis, et tamen ineffábilis, tu in nobis es Dómine, et nomen sanctum tuum invocátum est super nos: ne derelínquas nos Deus noster: ut in die judícii nos collocáre dignéris inter sanctos, et eléctos tuos, Rex benedícte.

Ad Benedict. Antiph.



Quis ex vobis árguet me de peccáto? Si veritátem dico vobis, quare vos non créditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit: proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis.


Ad Magnif. Antiph.



Tulérunt lápides Judæi, ut jácerent in eum. Jesus autem abscóndit se, et exívit de templo.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



In die magno festivitátis stabat Jesus, et clamábat, dicens: Si quis sitit, véniat ad me, et bibat.


Ad Magnif. Antiph.



Si quis si tit, véniat ad me, et bibat: et de ventre ejus fluent aquæ vivæ.


FERIA III.

Ad Benedict. Antiph.



Tempus me um nondum advénit: tempus autem vestrum semper est parátum.


Ad Magnif. Antiph.



Vos ascéndi te ad diem festum hunc: ego non ascéndam, quia tempus meum nondum advénit.


FERIA IV.

Ad Benedict. Antiph.



O ves me æ vocem meam áudiunt, et ego Dóminus agnósco eas.


Ad Magnif. Antiph.



Multa bona ópera operátus sum in vobis: propter quod opus vultis me occídere?


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



Quid mo lé sti estis huic mulíeri? Opus enim bonum operáta est in me.


Ad Magnif. Antiph.



Mit tens hæc múlier in corpus meum hoc unguéntum, ad sepeliéndum me fecit.

FERIA VI.


Ad Benedict. Antiph.



Appro pin quá bat autem dies festus, et quærébant príncipes sacerdó-

tum, quómodo Jesum interficerent, sed timébant plebem.


Ad Magnif. Antiph.



Prín ci pes sacerdótum consílium fecérunt, ut Jesum occíderent; dicébant autem: Non in die festo, ne forte tumúltus fieret in pópulo.

SABBATO


Ad Benedict. Antiph.



De si dé ri o desiderávi hoc Pascha manducáre vobíscum, ántequam pátiar.


DOMINICA IN RAMIS PALMARUM

Sabbato præcedenti
Ad Magnif. Antiph.




Cla rí fi ca me Pater apud temetípsum, claritáte, quam hábui, priúsquam mundus fieret.

Ad Benedict. Antiph.



Turba mul ta, quæ convénerat ad diem festum, clamábat Dómino: Benedíctus, qui venit in nómine Dómini, Hosánna in excélsis.


Ad Magnif. Antiph.



Cœ pé runt omnes turbæ descendéntium gaudéntes laudáre Deum voce magna super ómnibus, quas víderant, virtútibus, dicéntes: Benedíctus, qui venit Rex in nómine Dómini: pax in cælo, et glória in excélsis.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



Non ha bé res in me potestátem, nisi désuper datum tibi fuísset.

Ad Magnif. Antiph.



Po te stá tem hábeo ponéndi ánimam meam, et íterum suméndi eam.


FERIA III.

Ad Benedict. Antiph.



Ne mo tollet ánimam meam, sed ego pono eam, et íterum sumo eam.


Ad Magnif. Antiph.



Quo tí di e apud vos eram in templo docens, et non me tenuístis: et ecce flagellátum dúcitis ad crucifigéndum.


FERIA IV.

Ad Benedict. Antiph.



Si mon dormis? Non potuístis una hora vigiláre mecum?


Ad Magnif. Antiph.



Tanto témpo re vobíscum eram docens in templo, et non me tenuístis: et modo flagellátum dúcitis ad crucifigéndum.


FERIA V.
IN CŒNA DOMINI

In Matut. super primum Psalmum Antiph.



Zelus.

In Laud. prima Antiph.




Justi fi cé ris.

Ad Benedict. Antiph.




Trá di tor au tem dedit eis signum, dicens: Quem osculátus fúero, ipse est, tenéte eum.

Ad Vesp. super primum Psalmum Antiph.



Cá li cem.


Ad Magnif. Antiph.



Cœ nán ti bus autem eis, accépit Jesus panem, et benedíxit, ac fregit, deditque discípulis suis.

FERIA VI. IN PARASCEVE

In Matut. super primum Psalmum Antiph.




A sti té runt.

In Laud. prima Antiph.




Pró pri o.

Ad Benedict. Antiph.



Posu é runt super caput ejus causam ipsíus scriptam: Jesus Nazarénus Rex Judæórum.

Ad Magnif. Antiph.



Cum ac ce písset acétum, dixit: Consummátum est. Et inclináto cápite, trádidit spíritum.


SABBATO SANCTO

In Matut. super primum Psalmum Antiph.




In pa ce.

In Laud. prima Antiph.




O mors.

Ad Benedict. Antiph.



Mu lí e res sedéntes ad monuméntum lamentabántur, flentes Dóminum.

Ad Magnif. Antiph.



Vé spe re autem sábbati, quæ lucéscit in prima sábbati, venit María Magdaléna, et áltera María vidére sepúlcrum. Allelúja.

IN DIE SANCTO PASCHÆ

In Matut. super primum Psalmum Antiph.




E go sum.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




An ge lus.

Ad Benedict. Antiph.




Et val de mane una sabbatórum véniunt ad monuméntum, orto jam sole. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Et respi ci én tes vidérunt revolútum lápidem: erat quippe magnus valde. Allelúja.

Ad Nunc dimittis Antiphona.



Al le lú ja, resurréxit Dóminus, allelúja, sicut dixit vobis. Allelúja, allelúja.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



Qui sunt hi sermónes, quos confértis ad ínvicem ambulántes, et estis tristes? Allelúja, allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Non ne sic opórtuit pati Christum, et intráre in glóriam suam? Allelúja.


FERIA III.

Ad Benedict. Antiph.



Ste tit Je sus in médio discipulórum suórum, et dixit eis: Pax vobis. Allelúja, allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Vidé te manus meas, et pedes meos; quia ego ipse sum. Allelúja, allelúja.

FERIA IV.

Ad Benedict. Antiph.



Mít ti te in déxteram navígii rete, et inveniétis. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Hoc jam tértio manifestávit se Jesus, postquam resurréxit a mórtuis. Allelúja.


FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



Ma rí a stabat ad monuméntum foris plorans: et vidit duos Angelos in albis sedéntes, et sudárium, quod fúerat super caput Jesu. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Tu lé runt Dóminum meum; et néscio, ubi posuérunt eum: si tu sustulísti eum, dícito mihi, allelúja: et ego eum tollam. Allelúja.


FERIA VI.

Ad Benedict. Antiph.



Un de cim discípuli in Galilæa vidéntes Dóminum, adoravérunt. Allel.

Ad Magnif. Antiph.




Da ta est mihi omnis

potéstas in cælo, et in terra. Allelúja, allelúja.

SABBATO

Ad Benedict. Antiph.




Cur ré bant duo simul, et ille álius discípulus præcucúrrit cítius Petro, et venit prior ad monuméntum. Allelúja.

DOMINICA IN OCT. PASCHÆ


Sabbato præcedenti

Ad Magnif. Antiph.




Cum se ro esset die illa una sabbatórum, et fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti, stetit Jesus in médio, et dixit eis: Pax vobis. Allelúja.

Ad Benedict. Antiph.



Post dies octo jánuis clausis ingréssus Dóminus, dixit eis: Pax vobis. Allelúja, allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Quia vi dí sti me, Thoma, credidísti: beáti, qui non vidérunt, et crediderunt. Allelúja.


Per Hebdomadam

Ad Benedict. Antiph.



Multa qui dem et ália signa fecit Jesus in conspéctu discipulórum suórum, allelúja, quæ non sunt scripta in libro hoc. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Hæc a u tem scripta sunt, ut credátis, quia Jesus est Christus Fílius Dei: et ut credéntes vitam habeátis in nómine ipsíus. Allelúja.


DOMINICA I. POST OCT. PASCH.

Sabbato præcedenti

Ad Magnif. Antiph.


Hæc autem. ut supra.

Ad Benedict. Antiph.




E go sum pastor bonus, qui pasco oves meas, et pro óvibus meis pono ánimam meam. Allelúja, allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




E go sum pastor óvium: ego sum via, véritas, et vita: ego sum pastor bonus, et cognósco oves meas, et cognóscunt me meæ. Allelúja, allelúja.

Per Hebdomadam
Ad Benedict. Antiph.



Pastor bonus ánimam suam ponit pro óvibus suis. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



A li as oves hábeo, quæ non sunt ex hoc ovíli, et illas opórtet me addúcere, et vocem meam áudient: et fiet unum ovíle, et unus pastor. Allelúja.


DOMINICA II. POST OCT. PASCH.

Sabbato præcedenti
Ad Magnif. Antiph.
Alias oves. ut supra.
Ad Benedictus Antiph.




Mó di cum et non vidébitis me, dicit Dóminus: íterum módicum, et vidébitis me, quia vado ad Patrem. Alleluja, allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



I te rum autem vidébo vos: et gaudébit cor vestrum, allelúja: et gáudium vestrum nemo tollet a vobis. Allelúja.


Per Hebdomadam
Ad Benedict. Antiph.



Amen, a men dico vobis: Quia plorábitis, et flé-

bitis vos: mundus autem gaudébit; vos autem contristabímini; sed tristítia vestra convertétur in gáudium. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Tri stí ti a implévit cor vestrum: et gáudium vestrum nemo tollet a vobis. Allelúja, allelúja.


DOMINICA III.
POST OCT. PASCH.

Sabbato præcedenti
Ad Magnif. Antiph.
Tristítia. ut supra.
Ad Benedict. Antiph.




Va do ad eum, qui misit me: sed quia hæc locútus sum vobis, tristítia implévit cor vestrum. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




E go ve ri tátem dico vobis: expedit vobis, ut ego vadam: si enim non abíero, Paraclétus non véniet ad vos. Allelúja.

Per Hebdomadam
Ad Benedict. Antiph.



A dhuc multa hábeo vobis dícere, sed non potéstis portáre modo: cum autem vénerit ille Spíritus veritátis, docébit vos omnem veritátem. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Il le me clarificábit, quia de meo accípiet, et annunciábit vobis. Allelúja.


DOMINICA IV.
POST OCT. PASCH.

Sabbato præcedenti
Ad Magnif. Antiph.
Ille me. ut supra.
Ad Benedict. Antiph.



Us que modo non petístis quidquam in nómine meo: pétite, et accipiétis. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Pé ti te, et accipiétis, ut gáudium vestrum plenum sit: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, et credidístis. Allelúja.


FERIA II. ET III. ROGATIONUM

Ad Benedict. Antiph.



Pé ti te, et dábitur vobis: quærite, et inveniétis: pulsáte, et aperiétur vobis. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Om nis, qui petit, áccipit; et qui quærit, ínvenit, et pulsánti aperiétur. Allelúja.


IN VIGILIA ASCENSIONIS

Ad Benedict. Antiph.




Cla rí fi ca me Pater apud temetípsum claritáte, quam hábui, priúsquam mundus fieret. Allelúja.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




A scén dens.

Ad Magnif. Antiph.



Pa ter, manifestávi nomen tuum homínibus, quos dedísti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro mundo, quia ad te vénio. Allelúja.

Ad Nunc dimittis Antiphona.




Al le lú ja, Ascéndens Christus in altum, al-

lelúja; captívam duxit captivitátem. Allelúja, allelúja.


IN ASCENSIONE DOMINI

Ad Matut. super primum Psalmum Antiph.




E le vá ta est.

In Laud. et secundis Vesp. super Psal. Antiph.




Vi ri Ga li læ i.

Ad Benedict. Antiph.




Ascén do ad Patrem meum, et Patrem vestrum: Deum meum, et Deum vestrum. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




O Rex Gló ri æ, Dómine virtútum! Qui triumphátor hódie super omnes cælos ascendísti, ne derelínquas nos órphanos: sed mitte promíssum Patris in nos, Spíritum veritátis. Allelúja.

Per oct. ad Benedictus Antiphona.




Rogábo Patrem meum, et álium Paraclétum dabit vobis. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




E úntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ, allelúja: qui credíderit, et baptizátus fúerit, salvus erit, allelúja: qui vero non credíderit condemnábitur. Allelúja.

Memor. de Dominica Ad Benedict. Antiph.



Cum vé ne rit Paraclétus, quem ego mittam vobis a Patre, Spíritum veritátis, qui a Patre procédit, ille testimónium perhibébit de me. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Hæc lo cú tus sum vobis, ut cum vénerit hora, eórum reminiscámini, quia ego dixi vobis. Allelúja.

FERIA VI. POST OCTAVAM ASCENSIONIS

Ad Benedict. Antiph.

Cum vénerit. ut supra.

Ad Magnif. Antiph.

Hæc locútus. ut supra.


IN VIGILIA PENTECOSTES

Ad Benedict. Antiph.




Si di lí gi tis me, mandáta mea serváte. Allelúja, allelúja, allelúja.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Ve ni sancte.

Ad Magnif. Antiph.



Non vos relínquam órphanos, allelúja: vado, et vénio ad vos, allelúja: et gaudébit cor vestrum. Allelúja.


Ad Nunc dimittis Antiphona.



Alle lú ja, Spíritus Paraclétus, allelúja: docébit vos ómnia. Allelúja, allelúja.


IN DIE PENTECOSTES

Ad Matut. super primum Psalmum Antiph.




Factus est.

In Laud. et secundis Vesp. super Psalm. Antiph.




Dum compleréntur.

Ad Benedict. Antiph.




Ac ci-



pi te Spíritum sanctum: quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Hó di e compléti sunt dies Pentecóstes, allelúja: hódie Spíritus sanctus in igne Discípulis appáruit: et tríbuens eis charísmatum dona, misit eos in univérsum mundum prædicáre, et testificári: Qui credíderit, et baptizátus fúerit, salvus erit. Allelúja.


FERIA II.

Ad Benedict. Antiph.



Sic De us diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret: ut omnis, qui credit in ipsum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Non e nim misit Deus Fílium suum in mundum, ut júdicet mundum: sed ut salvétur mundus per ipsum. Allelúja.


FERIA III.

Ad Benedict. Antiph.



A men, amen dico vobis: Qui non intrat per óstium in ovíle óvium, sed ascéndit aliúnde, ille fur est, et latro: qui autem intrat per óstium, pastor est óvium. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



E go sum óstium, dicit Dóminus: per me si quis introíerit, salvábitur, et páscua invéniet. Allelúja.


FERIA IV.

Ad Benedict. Antiph.



A men, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam ætérnam. Allelúja, allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndi: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum: et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Allelúja, allelúja.

FERIA V.

Ad Benedict. Antiph.



Convo cá tis Jesus duódecim Apostolis, dedit illis virtútem, et potestátem super ómnia dæmónia, et ut languóres curárent: et misit illos prædicáre regnum Dei, et sanáre infirmos. Allelúja, allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



E grés si duódecim Apóstoli, circuíbant per castélla, evangelizántes, et curántes ubíque. Allelúja, allelúja.


FERIA VI.

Ad Benedict. Antiph.



Fá ctum est in una diérum, et Jesus sedébat docens: et erant Pharisæi sedéntes, et Legis doctóres, qui vénerant ex omni castéllo Galilææ, et Jerúsalem: et virtus Dómini erat ad sanándum eos. Allelúja, allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Tu lit er go paralyticus lectum suum, in quo jacébat, magníficans Deum: et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo. Allelúja.

SABBATO


Ad Benedict. Antiph.




Véspe re autem facto, cum sol occubuísset, veniébant ad Jesum omnes male habéntes: at ille síngulis manus impónens, curábat eos. Allelúja.


IN FESTO SS. TRINITATIS

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.






Ad Magnif. Antiph.




Grá ti as tibi Deus: grátias tibi vera, et una Trínitas: una, et summa Déitas: sancta, et una Unitas.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Gló ri a.

Ad Benedict. Antiph.



Bene dí cta sit Creátrix, et Gubernátrix ómnium, sancta, et indivídua Trínitas, et nunc, et semper, et per infiníta secúlórum secula.

Ad Magnif. Antiph.




Te De um Patrem ingénitum, te Fílium unigénitum, te Spíritum sanctum Paraclétum: sanctam, et indivíduam Trinitátem, toto corde, et ore confitémur, laudámus, atque benedícimus: tibi glória in secula.

Per octav. ut in die.


IN FESTO SS. CORP. CHRISTI

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Sa cér dos.

Ad Magnif. Antiph.




O quam suávis est, Dómine, Spíritus tuus! Qui ut dulcédinem tuam in filios demonstráres, pane suavíssimo de cælo præstito, esuriéntes reples bonis, fastidiósosque dívites dimíttis inánes.

Ad Nunc dimittis Antiph.



Alle lú ja, Panis, quem ego dédero, allelúja: caro mea est pro mundi vita. Allelúja, allelúja.

Ad Matut. super primum Psalmum Antiph.




Fru ctum.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Sa pi én ti a.

Ad Benedict. Antiph.



E go sum panis vivus, qui de cælo descéndi: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



O sa crum convívium, in quo Christus súmitur! Recólitur memória Passiónis ejus: mens implétur grátia; et futúræ glóriæ nobis pignus datur. Allelúja, allelúja.

PER OCTAVAM CORPORIS CHRISTI


Ad Benedict. Antiph.



Ego sum panis vi-

vus, qui de cælo descéndi: qui mandúcat ex hoc pane, vivet in ætérnum.

Ad Magnif. Antiph.



Me mó ri am fecit mirabílium suórum miséricors, et miserátor Dóminus: escam dedit timéntibus se.

DOMINICA INFR. OCT.

Ad Mem. in Laudibus Antiphona.

Homo quidam fecit cœnam magnam, et vocávit multos: et misit servum suum hora cœnæ, dícere invitátis, ut venírent; quia ómnia paráta sunt. Allelúja.

Ad Vesper. Antiph.

Exi cito in platéas, et vicos civitátis: et páuperes, ac débiles, cæcos, et claudos compélle intráre, ut impleátur domus mea. Allelúja.

DOMINICA I. POST OCT. TRINIT.


Sabbato præcedenti Ad Magnif. Antiph.



Ló que re Dómine, quia audit servus tuus.

IN SABBATIS usque ad Kalendas Augusti.

Ad Magnif. Antiph. ii.



Cogno vé runt omnes a Dan usque Bersabée: quod fidélis Sámuel prophéta esset Dómini.

Ad Magnif. Antiph. iii.



Præ vá lu it David in Philistæum in funda, et lápide, in nómine Dómini.


Ad Magnif. Antiph. iv.



Nonne iste est David, de quo canébant in choro,

dicéntes: Saul percússit mille, et David decem míllia in míllibus suis?

Ad Magnif. Antiph. v.




I rá tus Rex Saul, dixit: Mihi mille dedérunt, et filio Isai dedérunt decem míllia.

Ad Magnif. Antiph. vi.




Quis e nim in ómnibus, sicut David, fidélis invéntus est in regno tuo, egrédiens, et regrédiens, et pergens ad impérium regis?

Ad Magnif. Antiph. vii.




Dó le o super te, frater mi Jónatha, amábilis valde super amórem mulíerum: sicut mater únicum amat filium, ita te diligébam: sagítta Jónathæ nunquam ábiit retrórsum, nec declinávit clypeus ejus in bello, et hasta ejus non est avérsa.

Ad Magnif. Antiph. viii.



Di xít que David ad Dóminum, cum vidísset Angelum cædéntem pópulum: Ego sum, qui peccávi, ego iníque egi, isti, qui oves sunt, quid fecérunt?

Ad Magnif. Antiph. ix.




Mon tes Gélboe, nec ros, nec plúvia véniant super vos, quia ibi abjéctus est clypeus fórtium, clypeus Saul, quasi non esset unctus óleo: quómodo cecidérunt fortes in prælio? Jónathas in excélsis tuis interféctus est: Saul, et Jónathas amábiles, et decóri valde in vita sua, in morte quoque non sunt separáti.

DOMINICA I. AUGUSTI

Sabbato præcedenti


Ad Magnif. Antiph. i.



O mnis sapiéntia a


Dómino Deo est: et cum illo fuit semper, et est ante ævum.

Ad Magnif. Antiph. ii.




Sa pi én ti a ædificávit sibi domum, excídit colúmnas septem, súbdidit sibi gentes: superborúmque, et sublímium colla própria virtúte calcávit.

Ad Magnif. Antiph. iii.




Sa pi én ti a clámitat in platéis: Si quis diligit sapiéntiam, ad me declínet, et eam invéniet: et cum eam invénerit, beátus est, si tenúerit eam.

Ad Magnif. Antiph. iv.



Dó mi nus possédit me ab inítio viárum suárum, antequam quidquam fáceret a princípio: necdum erant abyssi, et ego parturiébar: quando præparábat cælos, áderam, cum eo compónens ómnia.

Ad Magnif. Antiph. v.




E go in altíssimis hábito, et thronus meus in colúmna nubis.

DOMIN. I. SEPTEMBR.

Sabbato præcedenti

Ad Magnif. Antiph. i.




Cum au dís set Job nunciórum verba, sustínuit patiénter, et ait: Si bona suscépimus de manu Dómini, mala autem quare non sustineámus? In ómnibus his non peccávit Job lábiis suis, neque stultum áliquid contra Deum locútus est.

Ad Magnif. Antiph. ii.




In ó mnibus his non peccávit Job lábiis suis, neque stultum quid contra Deum locútus est.

Ad Magnif. Antiph. iii.




In grés sus Angelus Ráphael ad Tobíam, salutávit eum, dicens: Gáudium tibi semper sit. Cui Tobías ait: Quale gáudium mihi erit, qui in ténebris sédeo, et lumen cæli non vídeo? Cui Angelus inquit: Forti ánimo esto, in próximo est, ut a Deo curéris.

Ad Magnif. Antiph. iv.



Ne re mini scá ris, Dómine, delícta mea: vel paréntum meórum, neque vindíctam sumas de peccátis meis.

Ad Magnif. Antiph. v.




A do ná i, Dómine Deus magne, et mirábilis, qui dedísti salútem in manu féminæ, exáudi preces servórum tuórum.

DOMIN. I. OCTOBRIS


Sabbato præcedenti

Ad Magnif. Antiph. i.




Ada pé ri at Dóminus cor vestrum in lege sua, et in præcéptis suis, et fáciat pacem.

Ad Magnif. Antiph. ii.




Da pacem Dómine in diébus nostris, quia non est álius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

Ad Magnif. Antiph. iii.



Tu a est poténtia, tuum regnum Dómine, tu es super omnes gentes: da pacem, Dómine, in diébus nostris.


Ad Magnif. Antiph. iv.



Accin gí mi ni filii poténtes, et estóte paráti pugnáre in prælio: quó-

niam mélius est nobis mori in bello, quam vidére mala gentis nostræ, et sanctórum: sicut fúerit volúntas in cælo, sic fiat.

Ad Magnif. Antiph. v.




Ex áu di at Dóminus oratiónes vestras, et reconciliétur vobis: nec vos déserat in témpore malo.

DOMIN. I. NOVEMBR.

Sabbato præcedenti

Ad Magnif. Antiph. i.




Vi di Dóminum sedéntem super sólium excélsum, et elevátum: et plena erat omnis terra majestáte ejus: et ea quæ sub ipso erant, replébant templum.

Ad Magnif. Antiph. ii.



Muro tu o inexpugnábili circumcínge nos, Dómine, et armis tuæ poténtiæ prótege nos semper, Deus noster.

Ad Magnif. Antiph. iii.



Qui cæló rum cóntines thronos, et abyssos intuéris, Dómine Rex regum, montes pónderas, terram palmo conclúdis: exáudi nos, Dómine, in gemítibus nostris.

Ad Magnif. Antiph. iv.



Su sti nú i mus pacem, et non venit; Dómine, quæsívimus bona, et ecce turbátio: cognóvimus, Dómine, peccáta nostra; non in ætérnum obliviscáris nos Deus Israel.


Ad Magnif. Antiph. v.



Aspi ce Dómine, quia facta est desoláta civitas plena divítiis: sedet in tristítia dómina géntium, non est, qui consolétur eam, nisi tu Deus noster.


DOMINICA I. POST OCTAVAM TRINITATIS

Ad Benedict. Antiph.



Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, et si perdíderit unam ex illis, nonne dimíttit nonagínta novem in desérto, et vadit ad illam, quæ períerat, donec invéniat illam? Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Quæ mú li er habens drachmas decem, et si perdíderit drachmam unam, nonne accéndit lucérnam, et evérrit domum, et quærit diligénter, donec invéniat?


DOMINICA II.

Ad Benedict. Antiph.



Ascéndit Jesus in navim, et sedens docébat turbas. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Præ cé ptor, per totam noctem laborántes nihil cœpimus: in verbo autem tuo laxábo rete.

DOMINICA III.

Ad Benedict. Antiph.



Au dí stis, quia dictum est antíquis: Non occídes: qui autem occíderit, reus erit judício.


Ad Magnif. Antiph.



Si of fers munus tuum ante altáre, et recordátus fúeris, quia frater tuus habet áliquid advérsus te, relínque ibi munus tuum ante altáre, et vade prius reconciliári fratri tuo: et tunc véniens ófferes munus tuum. Allelúja.


DOMINICA IV.

Ad Benedict. Antiph.



Mi sé re or super turbam: quia ecce jam tríduo sústinent me, nec habent, quod mandúcent: et si dimísero eos jejúnos, defícient in via. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Et ac cí pi ens Jesus septem panes, grátias agens, benedíxit, et fregit, et dedit discípulis suis, ut appónerent: et apposuérunt turbæ. Allelúja.


DOMINICA V.

Ad Benedict. Antiph.



At tén di te a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces: a frúctibus eórum cognoscétis eos.


Ad Magnif. Antiph.



Non omnis, qui dicit mihi: Dómine, Dómine, intrábit in regnum cælórum: sed qui facit voluntátem Patris mei, qui est in cælis, ipse intrábit in regnum cælórum. Allelúja.


DOMINICA VI.

Ad Benedict. Antiph.



Di xit Dóminus víllico: Quid hoc áudio de te? Redde ratiónem villicatiónis tuæ. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Quid fá ci am, quia dóminus meus aufert a me villicatiónem? Fódere non váleo; mendicáre erubésco: scio quid fáciam, ut cum amótus fúero a villicatióne, recípiant me in domos suas.


DOMINICA VII.

Ad Benedict. Antiph.



Cum appropin quá ret Dóminus Jerúsalem, videns civitátem, flevit super illam, et dixit: Quia si cognovísses et tu, quia vénient dies in te, et circúmdabunt te, et coangustábunt te úndique, et ad terram prostérnent te: eo quod non cognóveris tempus visitatiónis tuæ. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Scri ptum est enim: Quia domus mea, domus oratiónis est cunctis géntibus: vos autem fecístis illam spelúncam latrónum. Et erat quotídie docens in templo.


DOMINICA VIII.

Ad Benedictus Antiph.



Du o hó mi nes ascendérunt in templum, ut orárent, unus Pharisæus, et alter publicánus: descéndit hic justificátus in domum suam, ab illo. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Stans a longe publicánus, nolébat óculos ad cælum leváre, sed percutiébat pectus suum, dicens: Deus propítius esto mihi peccatóri.


DOMINICA IX.

Ad Benedict. Antiph.



E xi ens Jesus de fínibus Tyri, venit per Sidónem ad mare Galilææ, inter médios fines Decapóleos. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Be ne ómnia fecit Dóminus, et surdos fecit audíre, et mutos loqui.


DOMINICA X.

Ad Benedict. Antiph.



Ho mo qui dam descendébat ab Jerúsalem in Jéricho, et íncidit in latrónes: qui étiam despoliavérunt eum, et plagis impósitis, abiérunt semivívo relícto.


Ad Magnif. Antiph.



Quis ti bi vidétur próximus fuísse illi, qui íncidit in latrónes? Et ait: Ille, qui fecit misericórdiam in illum. Vade, et tu fac simíliter. Allelúja.


DOMINICA XI.

Ad Benedict. Antiph.



Cum in gre de ré tur Jesus quoddam castéllum, occurrérunt ei decem viri leprósi: qui stetérunt a longe, et levavérunt vocem, dicéntes: Jesu præcéptor, miserére nostri.


Ad Magnif. Antiph.



Non ne decem mundáti sunt, et novem ubi sunt? Non est invéntus, qui redíret, et daret glóriam Deo, nisi hic alienígena. Vade quia fides tua te salvum fecit. Allelúja.


DOMINICA XII.

Ad Benedict. Antiph.



No lí te sollíciti esse, dicéntes: Quid manducábimus: aut quid bibémus? Scit enim Pater vester cæléstis, quid vobis necésse sit. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Quæ ri te pri mum regnum Dei, et justítiam ejus; et hæc ómnia adjiciéntur vobis. Allelúja.


DOMINICA XIII.

Ad Benedict. Antiph.



Ibat Jesus in civitátem, quæ vocátur Naim: et ecce defúnctus efferebátur filius únicus matris suæ.


Ad Magnif. Antiph.



Accépit autem omnes timor, et magnificábant Deum, dicéntes: Quia prophéta magnus surréxit in nobis, et quia Deus visitávit plebem suam.


DOMINICA XIV.

Ad Benedict. Antiph.



Dixit Jesus ad Legisperítos, et Pharisæos: Si licet sábbato curáre? At illi tacuérunt. Ipse vero apprehéndens hydrópicum, sanávit eum, ac dimísit.


Ad Magnif. Antiph.



Cum vocátus fúeris ad núptias, recúmbe in novíssimo loco, ut dicat tibi, qui te invitávit: Amíce, ascénde supérius. Tunc erit tibi glória coram simul discumbéntibus. Allelúja.


DOMINICA XV.

Ad Benedict. Antiph.



Magíster, quod est mandátum magnum in lege? Ait illi Jesus: Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Quid vobis vidétur de Christo? Cujus filius est? Dicunt ei omnes: David. Dicit eis Jesus: Quómodo David in spíritu vocat eum Dóminum, dicens: Dixit Dóminus Dómino meo, sede a dextris meis?


DOMINICA XVI.

Ad Benedict. Antiph.



Di xit Dóminus paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccáta tua.


Ad Magnif. Antiph.



Vi dén tes autem turbæ timuérunt, et glorificavérunt Deum, qui dedit potestátem talem homínibus.


DOMINICA XVII.

Ad Benedict. Antiph.



Dí ci te invitátis: Ecce prándium meum parávi, veníte ad núptias, dicit Dóminus.


Ad Magnif. Antiph.



Nú pti æ qui dem parátæ sunt, sed qui invitáti erant, non fuérunt digni: ite ergo ad éxitus viárum, et quoscúmque invenéritis, vocáte ad núptias, dicit Dóminus.


DOMINICA XVIII.

Ad Benedict. Antiph.



E rat quidam régulus, cujus filius infirmabátur Caphárnaum: hic cum audísset, quod Jesus adveníret in Galilæam, rogábat eum, ut descénderet, et sanáret filium ejus.


Ad Magnif. Antiph.



Cognó vit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit Jesus: Fílius tuus vivit: et crédidit ipse, et domus ejus tota.

DOMINICA XIX.


Ad Benedict. Antiph.



Di xit autem dóminus servo: Redde, quod debes. Prócidens autem servus il-

le, rogábat eum, dicens: Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi.


Ad Magnif. Antiph.



Ser ve nequam, omne débitum dimísi tibi, quóniam rogásti me: nonne ergo opórtuit et te miseréri consérvi tui, sicut et ego tui misértus sum? Dicit Dóminus.


DOMINICA XX.

Ad Benedict. Antiph.



Ma gí ster, scimus, quia verax es, et viam Dei in veritáte doces. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Réddi te er go, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo. Allelúja.


DOMINICA XXI.

Ad Benedict. Antiph.



Lo quén te Jesu ad turbas, ecce princeps unus accéssit, et adorávit eum, dicens: Dómine, filia mea modo defúncta est: sed veni, impóne manum tuam super eam, et vivet.


Ad Magnif. Antiph.



Con fi de filia, fides tua te salvam fecit. Et sanáta est múlier ex illa hora. Allelúja.


DOMINICA XXII.

Ad Benedict. Antiph.



Cum vi dé ri tis abominatiónem desolatiónis, quæ dicta est a Daniéle prophéta, stantem in loco sancto; qui legit, intélligat.

Ad Magnif. Antiph.




Amen dico vobis:

Quia non præteríbit generátio hæc, donec ómnia fiant. Cælum, et terra transíbunt, verba autem mea non transíbunt, dicit Dóminus.


IN DEDICATIONE ECCLESIÆ

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




San cti fi cá vit.

Ad Magnif. Antiph.




O quam metuéndus est locus iste! Non est hic áliud, nisi domus Dei, et porta cæli.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Domum tuam.

Ad Benedict. Antiph.



Mane sur gens Jacob erigébat lápidem in títulum, fundens óleum désuper, votum vovit Dómino. Vere locus iste sanctus est, et ego nesciébam.

Ad Magnif. Antiph.



Zac chæ e festínans descénde, quia hódie in domo tua opórtet me manére. At ille festínans descéndit, et suscépit illum gaudens in domum suam. Hódie huic dómui salus a Deo facta est.

Per octavam, et in octava ad Benedictus, et Magnif. Antiphonæ ut in die.




ANTIPHONÆ

DE SANCTIS.

FESTA NOVEMBRIS.


30. S. ANDREÆ APOSTOLI

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




U nus.

Ad Magnif. Antiph.




Am bu lans Jesus juxta mare Galilææ, vidit Petrum, et Andréam fratrem ejus: et ait illis: Veníte post me, fáciam vos fieri piscatóres hóminum. At illi relíctis rétibus, et navi, secúti sunt eum.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Salve Crux.

Ad Benedict. Antiph.



Con cé de nobis hóminem justum, redde nobis hóminem sanctum: ne interficias hóminem Deo charum, justum, mansuétum, et pium.

Ad Magnif. Antiph.



Cum per ve nís set Beátus Andréas ad locum, ubi Crux paráta erat, ex-

clamávit, et dixit: O bona Crux, diu desideráta, et jam concupiscénti ánimo præparáta! Secúrus, et gaudens vénio ad te, ita et tu exúltans suscípias me discípulum ejus, qui pepéndit in te.

Per octav. in Laudibus Antiphona.

Bíduo vivens pendébat in Cruce pro Christi nómine Beátus Andréas, et docébat pópulum.


Ad Vesperas Antiph.

Beátus Andréas orábat, dicens: Dómine Rex ætérnæ glóriæ, súscipe me pendéntem in patíbulo.

FESTA DECEMBRIS.


6. S. NICOLAI EPISC. ET CONFES.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




A mí cus.

Ad Magnif. Antiph.




O Pa stor ætérne, o clemens, et bone custos! Qui dum devóti gregis preces atténderes, voce lapsa de cælo Præsuli sanctíssimo, dignum Episcopátu Nicoláum ostendísti tuum fámulum.

In Laud. et secundis Vesp. super Psalm. Antiph.




Be á tus.

Ad Benedict. Antiph.



Co pi ó sæ charitátis Nicoláe Póntifex, qui cum Deo gloriáris in cæli palátio: condescénde, supplicámus, ad te suspirántibus, ut exútos gravi carne pértrahas ad súperos.

Ad Magnif. Antiph.




O Chri sti píetas, omni prosequénda laude! Quæ sui fámuli Nicolái mérita longe, latéque declárat: nam ex tumba

ejus óleum manat, cunctósque lánguidos sanat.


8. IN CONCEPT. B. M. VIRG.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Hæc est.

Ad Magnif. Antiph.




Be a tíssimæ Vírginis Maríæ Conceptiónem devotíssime celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum.

Ad Nunc dimittis Antiph.




Corde, et ánimo Christo canámus glóriam, in hac sacra solemnitáte præcélsæ Genitrícis Dei Maríæ.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Concépti o.

Ad Benedict. Antiph.




Concepti ó nem hodiérnam perpétuæ vírginis Genitrícis Dei Maríæ solémniter celebrémus: qua celsitúdo throni procéssit. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




Concé pti o tua, Dei Génitrix virgo, gaudium annunciávit univérso mundo: ex te enim ortus est sol justítiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem: et confúndens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam.

Per oct. ad Bened. Antiph.



Ma rí a Virgo semper lætáre, quæ meruísti Christum portáre cæli, et terræ conditórem: quia de tuo útero protulísti mundi Salvatórem.


Ad Magnif. Antiph.



San cta Ma rí a vírginum piissima, súscipe vota servulórum assídua: lapsos érige, errántes córrige, treméntes corróbora, pusillánimes confórta, ut tibi semper referámus laudes, quam Dei summi cólimus Genitrícem.


10. IN TRANSLAT. ALMÆ DOMUS LAUR.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Domum tuam.

Ad Magnif. Antiph.




Sancti fi cá vit Dóminus tabernáculum suum, quia hæc est Domus Dei, in qua invocábitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

Ad Nunc dimittis Antiphona.



Sub tuum.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Domum tuam.

Ad Benedict. Antiph.



Mane sur gens Jacob erigébat lápidem in títulum, fundens óleum désuper, votum vovit Dómino: vere locus iste sanctus est, et ego nesciébam.


Ad Magnif. Antiph.



O quam metuéndus est locus iste! Vere non est hic aliud, nisi Domus Dei, et porta cæli.


13. S. LUCIÆ VIRG. ET MART.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Ve ni én te.

Ad Magnif. Antiph.




In tu a patiéntia possedísti ánimam tuam, Lucía sponsa Christi: odísti, quæ in mundo sunt, et corúscas cum Angelis: sánguine próprio inimícum vicísti.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




O rán te.

Ad Benedict. Antiph.



Co lúmna es immóbilis, Lucía sponsa Christi: omnis plebs te expéctat, ut accípias corónam regni. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




Tanto pónde re fixit eam Spíritus sanctus, ut virgo Dómini immóbilis permanéret.

18. IN EXPECTAT. PARTUS B. M. V.

Omnia ut in Festo Annunciationis B. M. V. die 25. Martii.


21. S. THOMÆ APOSTOLI

In primis Vesp. ad Magnif. Antiphona.



O Tho ma Dídyme, qui Christum meruísti tángere: te précibus rogámus altísonis, succúrre nobis míseris; ne damnémur cum ímpiis, in advéntu Júdicis.


Ad Benedict. Antiph.



Quia vi dí sti me, Thoma, credidísti. Beáti,

qui non vidérunt, et credidérunt. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



In regenera ti ó ne, cum séderit filius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis et vos judicántes duódecim Tribus Israel, dicit Dóminus.


26. S. STEPHANI PROTOMARTYRIS

In primis Vesp. ad Mem. Antiphona.




Tu princi pá tum tenes in choro Mártyrum, símilis Angelo, qui pro te lapidántibus Deum deprecátus es: Beáte Stéphane intercéde pro nobis ad Dóminum.

In Laud. Antiph.




Lapi davé runt.

Ad Benedict. Antiph.



In tu ens in cælum Beátus Stéphanus, vidit glóriam Dei, et ait: ecce vídeo cælos apértos, et Fílium hóminis stantem a dextris Dei.

Ad Magnif. Antiph.



O quam gloriósus est Beátus Stéphanus, Martyr, et Levíta! Qui ante Apóstolos regna cæléstia possidére méruit: et ad Patris déxteram Fílium vidére.

Ad Memor. per octav.
In Laud. Antiph.


Ecce vídeo cælos apértos, et Jesum stantem a dextris Dei.

Ad Vesper. Antiph.

Stéphanus vidit cælos apértos, vidit, et introívit: beátus homo, cui cæli patébant.


27. S. JOANNIS AP. ET EVANG.

In primis Vesp. ad Mem. Antiphona.




Val de honorándus est Beátus Joánnes, qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

In Laud. Antiph.




Hic est disci pu lus.

Ad Benedict. Antiph.



Iste est Jo án nes, qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit, Beátus Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cæléstia.

Ad Magnif. Antiph.



In mé di o Ecclésiæ apéruit os ejus, et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ, et intelléctus, stoláque glóriæ índuit eum. Allelúja, allelúja, allelúja.

Ad Memor. per Octav. in Laud. Antiph.


Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his: et scimus, quia verum est testimónium ejus.

Ad Vesper. Antiph.

Valde honorándus etc.


28. SS. INNOCENT. MARTYRUM

In primis Vesp. ad Mem. Antiphona.



Ambu lábunt mecum in albis quóniam digni sunt: et non delébo nómina eórum de libro vitæ.

In Laudibus Antiph.



He ró des.


Ad Benedict. Antiph.



Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: vírgines enim sunt,

et sequúntur Agnum quocúmque ierit.

Ad Magnif. Antiph.



Innocéntes pro Christo infántes occísi sunt, ab iníquo rege lacténtes interfécti sunt: ipsum sequúntur Agnum sine mácula, et dicunt semper: Glória tibi Dómine.

Ad Memor. per Octav. in Laud. Antiph.

Heródes irátus occídit multos púeros in Béthlehem Judæ civitáte David.

In Vesperis Antiph.

A bimátu, et infra occídit multos púeros Heródes propter Dóminum.

Memoria de B. Virgine usque ad Oct. Epiph. in Laud. Antiph.

Rubum, quem víderat Móyses incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem, Dei génitrix intercéde pro nobis.


In Vesperis Antiph.

Germinávit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, Virgo péperit Salvatórem, te laudámus Deus noster.

FESTA JANUARII.


10. B. GUNDISALVI CONF. ORD. PRÆD.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Apo stó licæ.

Ad Magnif. Antiph.




In car ne, præter carnem vivens, angélicæ castitátis imáginem exhíbuit: cujus nomen dignum est, quod immortáli memóriæ consecrétur.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Te sti mó ni a.

Ad Benedict. Antiph.



Tran scúr so vitæ hu-


jus currículo, confessiónis suæ præmio potítus est in cælis, et est in terris gloriósum sepúlcrum ejus.

Ad Magnif. Antiph.

O admi rá bi lis Christi Conféssor! O indeféssе veritátis præco, Gundisálve! Te canéntibus clemens suffragáre, et apud ætérnæ majestátis tribúnal piis précibus nos Pater ádjuva.


15. SS. NOMINIS JESU

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Omnis.

Ad Magnif. Antiph.




Fe cit mi hi magna, qui potens est, et sanctum nomen ejus.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



O le um.

Ad Benedict. Antiph.



De dit se, ut liberáret pópulum, et acquíreret sibi nomen ætérnum.


Ad Magnif. Antiph.



Vo cá bis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum fáciet pópulum suum a peccátis eórum.


18. IN CATHEDRA S. PETRI ROMÆ

In primis Vesp. ad Magnif. Antiphona.




Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum: tibi tráditæ sunt claves regni cælórum.

Ad Benedict. Antiph.



Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis, dixit Dóminus Simóni Petro.


Ad Magnif. Antiph.



Si mon Bar-jó na, tu vocáberis Cephas, quod interpretátur Petrus: janitor cæli, pulsántibus áperi: supra modum omnes peccávimus, dimítte septuágies sépties.


21. S. AGNETIS VIRG. ET. MART.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Ve ni én te.

Ad Magnif. Antiph.




Be á ta Agnes in medio flammárum expánsis mánibus orábat: Te déprecor veneránde, colénde, Pater metuénde; quia per sanctum Fílium tuum minas evási sacrílegi tyránni, et carnis spurcítias immaculáto calle transívi: et ecce vénio ad te, quem amávi, quem quæsívi, quem semper optávi.

In Laudibus Antiph.




In gréssa Agnes.

Ad Benedict. Antiph.



Stans Be á ta Agnes in médio flammárum, expánsis mánibus orábat ad Dóminum: Omnípotens, adoránde, colénde, treménde, benedíco te, et glorífico nomen tuum in ætérnum.

Ad Magnif. Antiph.




Ec ce, quod concupívi, jam vídeo; quod sperá-

vi, jam téneo: illi sum juncta in cælis, quem in terris pósita, tota devotióne diléxi.


22. S. VINCENTII MARTYRIS

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Iste est.

Ad Magnif. Antiph.




Sa cram præséntis diéi solemnitátem húmili celebrémus devotióne, qua invíctus Christi martyr Vincéntius, tyránno devícto, insígnem victóriæ palmam cælo gaudens íntulit.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Assúmptus.

Ad Benedict. Antiph.



E gré gi us Dei martyr Vincéntius diris tormentórum supplíciis pro Christo alácriter superátis, ac felícis pugnæ agóne constánter expléto; tandem pretiósam resolútus in mortem, cælo triúmphans spíritum réddidit.

Ad Magnif. Antiph.



Be á tus Vincéntius applicátus torméntis, álacri vultu, Dei præséntia roborátus, dixit: Hoc est, quod semper optávi, et votis ómnibus exquisívi.

Per Octav. in Laudibus Antiphona.


Assúmptus ex equúleo Levíta Vincéntius, atque ad patíbulum raptus, moras carnifícum arguéndo, ad pœnam alácriter properábat.

Ad Vesperas Antiph.

Beátus Vincéntius. ut supra.


23. S. RAYMUNDI CONF. ORD. PRÆD.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Læ tá re.

Ad Magnif. Antiph.




Doctrí næ su æ rádiis illustrávit sedéntes in errórum ténebris, et charitátis ardóre, vinctos in mendicitáte, et ferro redémit.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Ra y mún dus.

Ad Benedict. Antiph.




Vinctos liberávit de manu inimicórum, et edúxit pérditos de via iniquitátis, ut dirígerent pedes suos in viam pacis.

Ad Magnif. Antiph.




O Be á te Raymúnde, quem doctrínæ comméndat véritas, et virginális exórnat cástitas; salútis sémitam nos édoce, et puritátem cordis nobis óbtine, ut per tua suffrágia consequámur ætérna gáudia.

Per Octav. ad Benedict. Antiphona.




O Vir go! O



Do ctor! O vigil reconciliatiónis minister! Preces nostras benígne súscipe, et indignatiónem júdicis a nobis avérte.

Ad Magnif. Antiph.




Pi is Raymúndi précibus, educ nos, Dómine, de domo servitútis

peccáti, in libertátem glóriæ filiórum tuórum.


24. IN CONVERS. S. PAULI APOST.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Sancte Paule.

Ad Magnif. Antiph.




E lé git Dóminus virum de plebe, et claritátem visiónis ætérnæ dedit illi. Celebrémus Conversiónem sancti Pauli Apóstoli: gáudium sit in cælo, et in terra pax homínibus bonæ voluntátis.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Saulus.

Ad Benedict. Antiph.



Ce lebrémus Conversiónem sancti Pauli Apóstoli; quia hódie ex persecutóre efféctus est vas electiónis: ídeo gaudent Angeli, lætántur Archángeli, et colláudant in cælis Fílium Dei.

Ad Magnif. Antiph.




Cum autem complácuit ei, qui me segregávit ex útero matris meæ, et vocávit me per grátiam suam: ut reveláret in me Fílium suum in géntibus, contínuo non acquiévi carni, et sánguini.

FERIA III.

post Dom. Septuages.


ORATIONIS D. N. J. C. IN MONTE OLIVETI

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Ve nit.

Ad Magnif. Antiph.



Pó si tis génibus


orábat dicens: Pater, si vis, transfer cálicem istum a me: verúmtamen non mea volúntas, sed tua fiat.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Ve nit.

Ad Benedict. Antiph.



Factus in agoni a prolíxius orábat. Et factus est sudor ejus sicut guttæ sánguinis decurréntis in terram.

Ad Magnif. Antiph.



Ecce appropinquávit hora, et Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum.

28. IN TRANSLAT. S. THOMÆ AQUINAT. ORD. PRÆD.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Fe lix.

Ad Magnif. Antiph.




O Tho ma laus, et glória Prædicatórum Ordinis; nos transfer ad cæléstia, proféssor sacri Núminis.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Col lau dé tur.

Ad Benedict. Antiph.



Vi ror carnis flore mundítiæ, vigor vitæ fructu justítiæ, splendor Verbi dono sciéntiæ, te decórant stantem in ácie, te corónant in statu glóriæ.

Ad Magnif. Antiph.



Mi li tán tis doctor Ecclésiæ, virginali florens mundítia, triumphántis optáta cúriæ, sancte Thoma, largíre gáudia.

FESTA FEBRUARII.

FERIA III.

post Dom. Sexages.

IN COMM. PASSIONIS D. N. J. C.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Cá li cem.

Ad Magnif. Antiph.



O vos omnes qui transítis per viam, atténdite, et vidéte, si est dolor sicut dolor meus.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Fu i fla gel lá tus.

Ad Benedict. Antiph.



Ad Je sum au tem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura; sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis, et aqua.

Ad Magnif. Antiph.



De pó nens Joseph corpus Jesu invólvit Síndone, et pósuit eum in monuménto excíso: fuit planctus magnus in illa die: mulíeres autem sedéntes contra sepúlcrum dolébant, sicut doléri solet in morte primogéniti.


2. IN PURIFICAT. B. MARIÆ VIRGINIS

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




O admi ra bi le.

Ad Magnif. Antiph.




Cum in dú cerent púerum Jesum paréntes ejus, accépit eum Símeon in ulnas suas, et benedíxit Deum, dicens: Nunc dimíttis, Dómine, servum tuum in pace.

Ad Nunc dimittis Antiphona.




Nunc di mít tis Dómine servum tuum in pace, quia vidérunt óculi mei salutáre tuum.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Síme on.

Ad Benedict. Antiph.



Se nex púerum portábat, puer autem senem regébat: quem Virgo péperit, et post partum Virgo permánsit, ipsum, quem génuit, adorávit.


Ad Magnif. Antiph.



Hó di e Beáta Virgo María púerum Jesum præsentávit in templo: et Símeon replétus Spíritu sancto, accépit eum in ulnas suas, et benedíxit Deum.


5. S. AGATHÆ VIRG. ET MART.

In primis Vesp. ad Magnif. Antiphona.




A gatha virgo sacra, nóbili orta génere, gloriósam propter Christum pértulit passiónem.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Quis es tu.

Ad Benedict. Antiph.



Pa ga nó rum multitúdo fúgiens ad sepúlcrum Vírginis, tulérunt velum ejus contra ignem; ut comprobáret Dóminus, quod a perículis incéndii, méritis Agathæ mártyris suæ, eos liberáret.


Ad Magnif. Antiph.



Mentem sanctam, spontáneam, honórem Deo, et pátriæ liberatiónem.


11. IN DESPONSAT. B. MARIÆ VIRG.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Hæc est.

Ad Magnif. Antiph.




Be a tíssi mæ Vírginis Maríæ Desponsatiónem devotíssime celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum.

Ad Memor. S. Joseph Sponsi B. M. V.
Ad Magnif. Antiph.


Exúrgens Joseph a somno, fecit sicut præcépit ei Angelus Dómini, et accépit cónjugem suam.

Ad Nunc dimittis Antiphona.



Cor de, et ánimo Christo canámus glóriam in hac sacra solemnitáte præcélsæ Genitrícis Dei Maríæ.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Desponsá ti o.

Ad Benedict. Antiph.




Desponsa ti ó nem hodiérnam perpétuæ vírgi-

nis Genitrícis Dei Maríæ solémniter celebrémus: qua celsitúdo throni procéssit. Allelúja.

Ad Memor. S. Joseph
Ad Benedict. Antiph.

Ipse Jesus erat incípiens quasi annórum tigínta, ut putabátur filius Joseph.

Ad Magnif. Antiph.



Desponsá ti o tua, Dei Génitrix virgo, gáudium annunciávit univérso mundo: ex te enim ortus est Sol justítiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem: et confúndens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam.

Ad memor. S. Joseph
Ad Magnif. Antiph.


Ecce fidélis servus, et prudens, quem constítuit Dóminus super famíliam suam.

13. S. CATHARINÆ DE RICCIIS VIRG. ORD. PRÆD.

In primis Vesp. super Psal.
Antiphona.




Ad Magnif. Antiph.




E xul tá vit ánima mea in Deo meo, quia índuit me vestiménto salútis, et induménto justítiæ, quasi sponsam ornátam monílibus suis.

In Laud. et secundis Vesp.
Antiphona.




Ad Benedict. Antiph.



alto Dóminus sponsam suam in sanctitáte, et justítia incedéntem coram ipso ómnibus diébus vitæ suæ.

Ad Magnif. Antiph.



O supérni sponsa amóris Christi plagis decoráta, ante thronum Redemptóris esto supplex advocáta pro cœtu fidélium.


Per octav. Antiph. ad Bedictus, et ad Magnificat ut in die.

FERIA VI.

post Dom. primam Quadr.


DE LANCEA, ET CLAV. D. N. J. C.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




U nus mí li tum.

Ad Magnif. Antiph.




De lens quod advérsus nos erat chirógraphum decréti, quod erat contrárium nobis, et ipsum tulit de médio, affigens illud Cruci.

In Laud et secundis Vesp. Antiphona.




U nus Mí li tum.

Ad Benedict. Antiph.



In gló ri us erit inter viros aspéctus ejus, et forma ejus inter Filios hóminum. Iste aspérget gentes multas.

Ad Magnif. Antiph.



Ve re languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit; et nos putávimus eum quasi leprósum, et percússum a Deo, et humiliátum.

22. IN CATHEDRA S. PETRI ANTIOCH.


Omnia ut in Festo Cathedr. S. Petri Romæ. pag. 115.

FERIA VI.

post Domin. secundam Quadragesimæ.


SANCTISSIMÆ SINDONIS

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Jo seph.

Ad Magnif. Antiph.




Jo seph vir bonus, et justus accéssit ad Pilátum, et petiit Corpus Jesu: quo accépto, invólvit illud in Síndone munda.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Jo seph.

Ad Benedict. Antiph.



Jo seph nóbilis decúrio expéctans et ipse regnum Dei, mercátus est Síndonem, et depónens corpus Jesu, invólvit illud in Síndone.

Ad Magnif. Antiph.



Ho mo quidam dives ab Arimathæa, nómine Joseph, accépto Córpore Jesu, invólvit illud in Síndone munda.


FESTA MARTII.

FERIA VI.

post Dom. tertiam Quadr.


DE SS. QUINQUE VULN. D. N. J. C.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Ve re.

Ad Magnif. Antiph.




Dum in Cru ce pénderet Unigénitus Dei Fílius, et ab ómnibus subsannarétur, Mater ejus virgo

Maria ipsum verum Deum, et Hóminem cóndolens venerabátur.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Ad Benedict. Antiph.



U nus mi li tum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua.


Ad Magnif. Antiph.




E go sum vestra redémptio; manus meæ, quæ vos fecérunt, clavis confixæ sunt; propter vos flagéllis cæsus sum, spinis coronátus sum, aquam pétii pendens, et acétum porrexérunt, in escam meam fel dedérunt, et in latus lánceam; mórtuus et sepúltus resurréxi; vobíscum sum, et vivo in ætérnum.

7. S. THOMÆ AQUIN. ORD. PRÆD.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Ad Magnif. Antiph.




Scan dit doctor, civis cæléstium, orbis decor, dux, lux fidélium, norma, limes, lex morum ómnium, vas virtútum, ad vitæ bravíum.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Ad Benedict. Antiph.



Vi ror carnis flore mundítiæ, vigor vitæ fructu justítiæ, splendor ver-


bi dono sciéntiæ, te decórant stantem in ácie, te corónant in statu glóriæ.

Ad Magnif. Antiph.




Mi li tán tis doctor Ecclésiæ virgináli florens mundítia, triumphántis optáta cúriæ, sancte Thoma, largíre gáudia.

Per octav. ad Benedict. Antiphona.



Col lau dé tur Christus Rex glóriæ, qui per Thomam lumen Ecclésiæ, mundum replet doctrína grátiæ.

Ad Magnif. Antiph.




O Tho ma laus, et glória Prædicatórum Ordinis, nos transfer ad cæléstia, proféssor sacri Núminis.

FERIA VI.

post Dom. quartam Quadr.


DE PRETIOSISSIMO SANGUINE D. N. J. C.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Quis est i ste.

Ad Magnif. Antiph.




Ac ces sístis ad Sion montem, et civitátem Dei vivéntis, Jerúsalem cæléstem, et testaménti novi mediatórem Jesum, et sánguinis aspersiónem mélius loquéntem, quam Abel.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Hi qui a mí cti sunt.


Ad Benedict. Antiph.



E rit sanguis Agni vobis in signum, dicit Do-

minus: et vidébo sánguinem, et transíbo vos, nec erit in vobis plaga dispérdens.

Ad Magnif. Antiph.



Ha bé bi tis au tem hunc diem in monuméntum, et celebrábitis eum solémnem Dómino in generatiónibus vestris cultu sempitérno.


FERIA VI.

post Domin. Passionis

COMPASSIONIS


B. MARIÆ V.

In primis et secundis Vesp. super Psal. Antiph.



Ec ce.

Ad Magnif. Antiph.



Be a tís si mæ Vírginis Maríæ Compassiónem pio ánimo recolámus; ut ipsa pro nobis intercédat ad Fílium Crucifixum.

In Laudibus Antiph.



At tén di te.

Ad Benedict. Antiph.



Ec ce pósitus est hic in signum, cui contradicétur, et tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládius, ut reveléntur ex multis córdibus cogitatiónes.


Ad Magnif. Antiph.



Ante thronum Trinitátis miserórum miseráta, pia Mater pietátis, sis pro nobis advocáta; quæ super pœnis cunctis tui Nati, et ærúmnis, atque ejus infámiis, nec non culpa tuæ gentis, in imménsum es afflícta, ne simília sint nobis modo quocúmque nóxia, mérito tui dolóris da optáta remédia.


19. S. JOSEPH CONF. SPONSI B. M. V.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Missus est.

Ad Magnif. Antiph.




Exúrgens Jo seph a somno, fecit sicut præcépit ei Angelus Dómini, et accépit cónjugem suam.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




I bant.

Ad Benedict. Antiph.



Ipse Je sus erat incípiens, quasi annórum trigínta, ut putabátur fílius Joseph.


Ad Magnif. Antiph.



Ec ce fidélis servus, et prudens, quem constítuit Dóminus super famíliam suam.


24. S. GABRIELIS ARCHANGELI

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Ingrés so.

Ad Magnif. Antiph.




Pro e o, quod non credidísti verbis meis, inquit Angelus Gábriel, eris tacens, et non póteris loqui usque in diem nativitátis ejus.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Gá bri el.


Ad Benedict. Antiph.



Gá bri el Archán-

gele, qui ante Deum semper adsístis, admitte preces nostras intra sacrárium exauditiónis: et repórta nobis antídotum divínæ reconciliatiónis.


Ad Magnif. Antiph.



Archán ge li Gabriélis intercessióne suffúlti, te, Dómine, deprecámur, ut quem honóre proséquimur, contingámus et mente.

25. ANNUNCIAT. B. MARIÆ VIRG.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Ave Ma rí a.

Ad Magnif. Antiph.



O ri é tur, sicut sol Salvátor mundi, et descéndet in úterum Vírginis, sicut imber super gramen.

Ad Nunc dimittis Antiphona.



Ec ce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Missus est.

Ad Benedict. Antiph.



Quómo do fiet istud, Angele Dei, quia virum in concipiéndo non pértuli? Audi María virgo Christi: Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

Ad Magnif. Antiph.



Hæc est dies, quam fecit Dóminus, hódie Dóminus afflictiónem pópuli sui respéxit, et redemptiónem misit: hódie

mortem, quam fémina íntulit, fémina fugávit: hódie Deus homo factus, id quod fuit, permánsit, et quod non erat, assúmpsit; ergo exórdium nostræ redemptiónis devóte recolámus, et exultémus, dicéntes: Glória tibi Dómine.


FESTA APRILIS.

3. IN IMPRESSIONE STIGMATUM S. CATHARINÆ SENEN. V. O. P.

Omnia ut in festo principali ejusd. pag. 135. excepto quod extra tempus Paschale omittantur Allelúja.


5. S. VINCENTII FERRERII CONFESS. ORD. PRÆD.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Di em.

Ad Magnif. Antiph.




Qui prophé tico fretus lúmine, mira de mundi fine dócuit, in occíduo terræ cárdine, ut sol Vincéntius occúbuit, et septus Angelórum ágmine, lúcidas cæli sedes ténuit.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Fe stí va vox.

Ad Benedict. Antiph.



Cu jus vitæ sincéra púritas virginálí candóre nítuit: salutáris doctrínæ véritas prædicándo ubíque cláruit: illi summa Bónitas géminam pro méritis corónam tríbuit.


Ad Magnif. Antiph.



Glo ri ó se pater, o Vincénti, cui arcem scandénti polórum, cum honóre óbvius ingénti plaudens venit chorus Angelórum, canéntes te


duc laude frequénti ad amœna regna Beatórum.

Per octav. ad Benedict. Antiphona.



Per vi gil Christi núncius vocans ad lucis ópera, ad fruénda Vincéntius nos ducat vitæ múnera.


Ad Magnif. Antiph.



Ad sit no bis propítius in hujus vitæ véspere, ad Christum nos Vincéntius tuto ferens itínere.


20. S. AGNETIS DE MONTE POLIT. V. O. P.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




In vo ce.

Ad Magnif. Antiph.




Vo cá ta est hódie Agnes ad núptias Agni, allelúja: accúmbit in jucunditáte cum sponso suo. Allelúja.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Con scén dit.

Ad Benedict. Antiph.




A gné tem cæli suscépit cúria, sanctam sanctis áddidit Ecclésia: sedénti in throno, et Agno sit laus, honor, et benedíctio. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




A ve Virgo óptima, insígne decus Ordinis. Ave Virgo ínclyta, illústre sidus ætheris; tua canéntes mérita, tuis fove subsídiis. Allelúja.

Per Octav. ad Benedict. Antiphona.



Agnes soror nostra, Deum pro nobis ínvoca: Agnes Agni sponsa, salútem nobis ímpetra. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Tuam laudántes glóriam, Agnes beáta réspice: cæléstis Agni grátiam benígna nobis óbtine. Allelúja.


28. IN FESTO PATROCINII S. JOSEPH CONF. SPONSI B. M. V.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Jacob autem.

Ad Magnif. Antiph.




Cum esset desponsáta Mater Jesu María Joseph, ántequam convenírent invénta est in útero habens de Spíritu sancto.

Ad Laud. et secundis Vesp. super Psal. Antiph.




Jacob autem.

Ad Benedict. Antiph.



Joseph fili David, noli timére accípere Maríam cónjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spíritu sancto est.


Ad Magnif. Antiph.



Fili, quid fecísti nobis sic? Ecce pater tuus, et ego doléntes quærebámus te.


29. S. PETRI MART. ORD. PRÆD.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Collætétur.

Ad Magnif. Antiph.




O Pe tre martyr inclyte, Prædicatórum glória, virginitáte prædite, verbo, signis, et grátia, concéssa nobis sólitæ pietátis cleméntia, transácto mundi trámite, nos tránsfer ad cæléstia. Allelúja.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Pe trus.

Ad Benedict. Antiph.



Sum ma pollens Petrus mundítia, et præfúlgens doctrínæ grátia, martyrii clarus victória, trinæ fulget corónæ glória. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




O Mar tyr egrégie, doctor veritátis, puritátis vásculum, norma sanctitátis, tua per suffrágia véniam peccátis, et vitam in glória præsta cum Beátis. Allelúja.

Per Octav. in Laudibus Antiphona.

Petrus novus íncola cælos laureátus ascéndit auréola tríplici dotátus. Allelúja.


Ad Vesper. Antiph.



Ad san cti Petri túmulum frequens lux descéndit: in cujus laudis títulum, lámpades accéndit. Allelúja.


30. S. CATHARINÆ SENEN. VIRG. O. P.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Im mor tá li.


Ad Magnif. Antiph.



Vir gi nis Catharínæ hæc dies est di-


cáta sacris, ut numquam tantæ sanctitátis præstántia mortálium memória excídere queat, et cunctis celebérrima perpétuo fiat. Allelúja.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Om ni po ténti.

Ad Benedict. Antiph.



Má-



xi ma est Catharínæ vírginis Senénsis præstántia, quæ incolumitátem languéntibus, et vitam mórtuis restitúere pótuit. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



O Vir go, máxima glória præstans! Cujus sacra stata orbis univérsus hodiérna die célebrat, quam Angeli cum láudibus éfferunt, ac céteri supérni cives admirántur: age apud Deum, quo mentes nostræ semper divínis præcéptis obtémperent, nosque virtútibus, aliísque bonis áugeat. Allelúja.

Per Octav. in Laudibus Antiphona.



Det Ca tha rí na frui nos vero lúmine Christi, et sóciet súperis virgo Beáta choris. Allelúja.

Ad Vesperas Antiph.



Ad se des regni fáciat transíre supérni, Virgo fovens méritis nos Catharína suis. Allelúja.

FESTA MAII.


1. SS. APOSTOLORUM PHILIPPI, ET JACOBI

In primis Vesp. ad Magnif. Antiphona.




Fí li æ Jerúsalem.

In Laud. et secundis Vesp.
Antiphona.




Dó mine.

Ad Benedict. Antiph.



Si manséri tis in me, et verba mea in vobis mánserint, quodcúmque petiéritis, fiet vobis. Allelúja, allelúja, allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Non tur bé tur cor vestrum, neque formídet: créditis in Deum, et in me crédite: in domo Patris mei mansiónes multæ sunt. Allelúja, allelúja.


3. IN INVENTIONE S. CRUCIS

In primis Vesp. super Psal.
Antiphona.




Cru cem.

Ad Magnif. Antiph.




O Crux benedícta! Quæ sola fuísti digna portáre Regem cælórum, et Dóminum. Allelúja.

In Laud. et secundis Vesp.
Antiphona.



O magnum.

Ad Benedict. Antiph.



Super óm ni a li- gna cedrórum tu sola excélsior, in qua Vita mundi pepéndit, in qua Christus triumphávit, et mors mortem superávit. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




O Crux splendídior cunctis astris, mundo

célebris, homínibus multum amábilis, sánctior univérsis, quæ sola fuísti digna portáre taléntum mundi: dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera: salva præséntem catérvam in tuis hódie láudibus congregátam. Allelúja, allelúja, allelúja.


5. S. PII V. PAPÆ ET CONF. O. P.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Fe lix.

Ad Magnif. Antiph.



Pi i no men comprobárunt piæ operatiónes, et ex hoc beátum dicent omnes generatiónes. Allelúja.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Pi e.

Ad Benedict. Antiph.



Pi e Pastor mirífice, tuárum memor óvium; sta coram summo Júdice pro pártibus fidélium. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




Qui e xál tat húmiles, Pium exaltávit; et in apostólica sede collocávit. Allelúja.

Per Octav. ad Benedict. Antiphona.



Pi us in star facis seculum illúminat, ut in viam pacis pedes nostros dírigat. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



E xúl tat Pii spíritus in Deo salutári, qui jussit piis rítibus Pium magnificári. Allelúja.


6. S. JOANNIS ANTE PORT. LATIN.

In primis Vesp. ad Magnif. Antiphona.



In fer vén tis ólei dólium missus Joánnes Apóstolus, divína se protegénte grátia, illæsus exívit. Allelúja.

Ad Benedict. Antiph.



Lux per pé tu a lucébit Sanctis tuis, Dómine, allelúja: et ætérnitas témporum. Allelúja, allelúja, allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



In ci vi tá te Domini clare sonant júgiter órgana Sanctórum: ibi Angeli, et Archángeli hymnum decántant ante thronum Dei. Allelúja.


7. CORONÆ DOM.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Sum mum.

Ad Magnif. Antiph.




Ga u de felix mater Ecclésia, adsunt tibi nova solémnia: nam Coróna quondam inglória, nunc per orbem refúlget glória. Allelúja.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




A dest.

Ad Benedict. Antiph.



A ve Spina, pœnæ remédium, servi decus, Regis oppróbrium: tua plaga, dolor, ludíbrium vitæ nobis mercántur præmium. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




Ecclésiæ, gloriósa Spina: sertum Regis glóriæ, mundi medicína: præséntis angústiæ dulcor, et resína: te laudántes hódie serves a ruína. Allelúja.

8. IN APPARITIONE S. MICHAEL. ARCH.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Ad Magnif. Antiph.




stérium cérneret Joánnes, Archángelus Míchael tuba cécinit: Dignus es, Dómine Deus noster, accípere librum, et sólvere signácula ejus. Allelúja.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Ad Benedict. Antiph.



Factum est siléntium in cælo, dum Draco commítteret bellum: et Míchael pugnávit cum eo, et fecit victóriam. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.




Ar chán ge li Michaélis interventióne suffúlti, te Dómine deprecámur; ut quos honóre proséquimur, contingámus et mente. Allelúja.

10. S. ANTONINI ARCHIEP. ET. CONF. ORD. PRÆD.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Ad Magnif. Antiph.




Te Vír gi num chorus laudat, te Doctórum cœtus prædicat: te unánimi voce sancti Præsules Præsulem admirántur: o Beáte Antoníne! nos te quoque laudántes patérnis semper óculis intuére. Allelúja.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Be á tus.

Ad Benedict. Antiph.




San ctus Antonínus vere est glorificándus, cui morbi cedunt, eleménta parent, et mors inexorábilis ad ejus nutum tremit. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




Dux fi dei, pietátis doctor, mundi lampas, sacerdótum decor, fecísti quæ docébas, despíciens carnem, adhærens Deo permanénti: Beáte Antoníne, cum ascendénte Christo cælos ascendísti: ne derelínquas nos órphanos in hoc exílio. Allelúja, allelúja.

Per octav. in Laudibus Antiphona.



Pa ter eram páuperum, óculus fui cæco, et pes claudo. Allelúja.


Ad Vesper. Antiph.




In humilitáte magnus, in paupertáte dives, in Córpore Angelus, o Beáte Antoníne, ora pro nobis quæsumus. Allelúja.

15. IN CONVERS. S. AUGUSTINI EPISC. ET ECCL. DOCT.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Ad Magnif. Antiph.




Au gu stí ni mater devotíssima, quem carne prius pepérerat mundo, charitátis viscéribus póstmodum multo sémine lacrymárum génuit Christo.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Ad Benedict. Antiph.



Ac cé pta Baptísmi grátia, pósitus Augustínus apud Ostia Tyberína cum matre sua colloquebántur soli valde dúlciter, et inhiábant ore cordis páriter in supérna fluénta fontis vitæ; vilescebátque Mundus iste inter verba cum delectatiónibus suis.

Ad Magnif. Antiph.




Læ tá re mater nostra Jerúsalem, quia Rex tuus dispensatórem strénuum, et civem fidelíssimum de servitúte Babylónis tibi redémit Augustínum.

24. IN TRANSLAT. S. DOMINICI P. N.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Ad Magnif. Antiph.




Ma gne pater sancte

Domínice, mortis hora nos tecum súscipe, et hic semper nos pie réspice.

In Laud. et secundis Vesp.
Antiphona.




Ad Benedict. Antiph.



Car nis vigor, mentis martyrium, mundum replens linguæ præcónium, pauper Christi post cursus stádium, vitæ tibi mercántur præmium.

Ad Magnif. Antiph.



O lu men Ecclésiæ, doctor veritátis, rosa patiéntiæ, ebur castitátis, aquam sapiéntiæ propinásti gratis, prædicátor grátiæ nos junge Beátis.


FESTA JUNII.

FERIA VI.


Post Oct. SS. Corp. Christi.

SS. CORDIS JESU.

In primis Vesp. super Psal.
Antiphona.




Ad Magnif. Antiph.



Mi se ri cór di a Dómini a progénie in progénies timéntibus eum, allelúja.

In Laud. et secundis Vesp.
Antiphona.




Ad Benedict. Antiph.




Per ví scera misericórdiæ suæ visitávit nos Deus, et fecit Redemptiónem pópuli sui, allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Su scé pit nos Dóminus in sinum, et cor suum, recordátus misericórdiæ suæ, allelúja.


Ad Benedict. Antiph.



Apér tum est os Zachariæ, et prophetávit dicens: Benedíctus Dóminus Deus Israel.

24. IN NATIVIT. S. JOANNIS BAPT.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




In grés so.

Ad Magnif. Antiph.




Pro e o quod non credidísti verbis meis, eris tacens, et non póteris loqui usque in diem nativitátis ejus.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




E lí sa beth.

Ad Magnif. Antiph.




Et posu é runt omnes, qui audíerant, in corde suo, dicéntes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus Dómini erat cum illo. Et Zacharías pater ejus implétus est Spíritu sancto, et prophetávit dicens: Benedíctus Dóminus Deus Israel, quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ.

Per octav. ad Benedictus Antiphona.



Tu pu er prophéta Altíssimi vocáberis: præíbis ante Dóminum paráre vias ejus.

Ad Magnif. Antiph.



In ter na tos mulíerum non surréxit major Joánne Baptísta.


26. SS. JO. ET PAULI MARTYRUM

In primis Vesp. ad Magnif. Antiphona.




A sti té runt justi ante Dóminum, et ab ínvicem non sunt separáti: cálicem Dómini bibérunt, et amíci Dei appelláti sunt.

Ad Benedict. Antiph.



Be á ti Mártyres Christi Joánnes, et Paulus dixérunt Juliáno: Nobis álius non est, nisi unus Deus, Pater, et Fílius, et Spíritus sanctus. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



I sti sunt duæ olívæ, et duo candelábra lucéntia ante Dóminum: habent potestátem cláudere cælum núbibus, et aperíre portas ejus; quia linguæ eórum claves cæli factæ sunt. Allelúja.


29. SS. APOSTOLOR. PETRI ET PAULI.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Quem di cunt.

Ad Magnif. Antiph.




Be á tus Petrus Apóstolus vidit sibi Christum occúrrere, et adórans eum, ait: Dómine, quo vadis? Vénio Romam íterum crucifigi.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Pe trus.

Ad Benedict. Antiph.



Quodcúm que ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis, dixit Dóminus Simóni Petro.


Ad Magnif. Antiph.



Glo ri ó si Príncipes terræ, quómodo in vita sua dilexérunt se, ita et in morte non sunt separáti.

30. IN COMMEMOR. S. PAULI APOST.

Si habuerit primas Vesp. Ad Magnif. Antiph.




Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritátis, et Doctor Géntium, intercéde pro nobis ad Deum, qui te elégit.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Ego plan tá vi.

Ad Benedict. Antiph.



Ego e nim jam delíbor, et tempus meæ resolutiónis instat: bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi: superest mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

Ad Magnif. Antiph.

Isti sunt. ut sup. pag. 145.

Ad Mem. de S. Petro Antiphona.

Petre amas me? Pasce oves meas. Tu scis, Dómine, quia amo te.


FESTA JULII.

1. IN OCTAVA S. JOANN. BAPTISTÆ

Ad Benedict. Antiph.

Apértum est. ut supra pag. 144.


Ad Magnif. Antiph.



Et fa ctum est in die octávo, venérunt pater, et mater, et cognáti ejus ad circumcisiónem púeri, et vocábant eum nómine patris sui Zacharíam. Et dixit mater ejus: Nequáquam; sed vocábitur Joánnes.

PER OCTAVAM APOSTOLORUM

Ad Benedict. Antiph.




Pe trus Apóstolus, et Paulus Doctor géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam Dómine.

Ad Magnif. Antiph.

Gloriósi príncipes. ut supra pag. 146.


2. IN VISITATIONE B. MARIÆ VIRG.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Hæc est.

Ad Magnif. Antiph.




Be a tís simæ Vírginis Maríæ Visitatiónem devotíssime celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum.

Ad Nunc dimittis Antiphona.


Corde. ut sup. pag. 123.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Vi si tá ti o.

Ad Benedict. Antiph.



Vi si ta ti ó nem hodiérnam perpétuæ vírginis Genitrícis Dei Maríæ solémniter celebrémus; qua celsitúdo throni procéssit. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Vi si tá ti o tua, Dei

Génitrix Virgo, gáudium annunciávit univérso mundo: ex te enim ortus est Sol justítiæ Christus Deus noster: qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem, et confúndens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam.

Per octav. ad Benedict. et ad Magnif. Antiph., ut per octav. Concept. B. M. V. pag. 109.

IN OCTAVA APOSTOLORUM

In primis Vesp. ad Magnif. Antiphona.

Gloriósi. ut sup. pag. 146.

Ad Benedict. Antiph.

Petrus Apóstolus. ut supra pag. 147.

Ad Magnif. Antiph.


Isti sunt. ut sup. pag. 145.

18. IN COMMEM. B. M. V. DE MONTE CARMELO.

Omnia ut in festo B. M. V. ad Nives pag. 152.


22. S. MARIÆ MAGDALENÆ.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Re cum bénte.

Ad Magnif. Antiph.




Cel si mériti María, quæ Solem verum resurgéntem vidére meruísti mortálium prima, óbtine, ut nos visu glóriæ suæ tecum lætíficet in cælis.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Láu di bus.


Ad Benedict. Antiph.



O mundi lampas, et margaríta præfúlgida! Quæ Resurrectiónem Christi nunciándo, Apostolórum Apóstola fieri meruísti, María Magdaléna

semper pia exorátrix pro nobis adsis ad Deum, qui te elégit.

Ad Magnif. Antiph.



In di é bus illis múlier, quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit, quod Jesus accubuísset in domo Simónis leprósi, áttulit alabástrum unguénti: et stans retro secus pedes Dómini Jesu, lácrymis cœpit rigáre pedes ejus, et capíllis cápitis sui tergébat, et osculabátur pedes ejus, et unguénto ungébat.

Per octav. et in octav. ut in die.


25. S. JACOBI APOSTOLI.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



O Be á te.

Ad Magnif. Antiph.




O lux, et decus Hispániæ Sanctíssime Jacóbe, qui inter Apóstolos primátum tenes, primus eórum martyrio laureátus! O singuláre præsídium, qui meruísti vidére Redemptórem nostrum adhuc mortálem in Deitáte transformátum! Exáudi preces servórum tuórum, et intercéde pro nostra salúte, omniúmque populórum.

FESTA AUGUSTI.


1. S. PETRI APOST. AD VINCULA.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Quem di cunt.

Ad Magnif. Antiph.




Tu es pastor óvium, Princeps Apostolórum: tibi tráditæ sunt claves regni cælórum.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Ad Benedict. Antiph.



Quod cúm que ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis: dixit Dóminus Simóni Petro.

Ad Magnif. Antiph.



An ge lus Dómini ástitit, et lumen refúlsit in habitáculo cárceris: percussóque látere Petri, excitávit eum, dicens: Surge velóciter. Et contínuo cecidérunt caténæ de mánibus ejus.


3. IN INVENT. CORP. S. STEPH. PROT.

In primis Vesp. ad Magnif. Antiphona.




O stén dit sanctus Gamáliel per visum Luciáno sacerdóti tres cálathos áureos, rosis refértos, et quartum argénteum croco plenum, et dixit: Hi sunt nostri lóculi, et nostræ relíquiæ: hic autem sanguíneas habens rosas, lóculus est sancti Stéphani, qui solus ex nobis martyrio méruit coronári.

Ad Benedict. Antiph.



Ex o dó ris mira fragrántia sánitas ægrótis emanávit máxima: septuagínta namque et tres tunc a váriis languóribus curáti sunt hómines, in inventióne córporis Stéphani dilectíssimi mártyris, Deum benedicéntes.


Ad Magnificat Antiph.



Hó di e Joánnes Póntifex cum máximo Cleri, plebísque tripúdio, pretiósas Protomártyris Stéphani relíquias in sanctam tránstulit Ecclésiam Sion, ubi quondam Archidiáconi functus est officio: cujus pia apud Deum sit pro nobis, quæsumus, intercéssio.


4. S. DOMINICI PATRIS NOSTRI

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Ga u de.

Ad Magnif. Antiph.




Tran sit pauper ad regni sólium, dux ad sceptrum, victor ad præmium, mors in vitam, labor in ótium, præsens cedit luctus in gáudium.

In Matut. sup. primum Psal. Antiphona.




Præ co.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



A dest.

Ad Benedict. Antiph.




Car nis vigor, mentis martyrium, mundum replens linguæ præcónium, pauper Christi post cursus stádium, vitæ tibi mercántur præmium.

Ad Magnif. Antiph.




O lu men Ecclésiæ, doctor veritátis, rosa patiéntiæ, ebur castitátis, aquam sapiéntiæ propinásti gratis, prædicátor grátiæ nos junge Beátis.

Per Octav. ad Benedict.
Antiphona.



Be ne dí ctus Redémptor ómnium, qui salúti próvidens hóminum, mundo dedit sanctum Domínicum.


Ad Magnif. Antiph.



Ma gne pater sancte Domínice, mortis hora nos tecum súscipe, et hic semper nos pie réspice.


5. S. MARIÆ AD NIVES

In primis Vesp. super Psal.
Antiphona.




Hæc est.

Ad Magnif. Antiph.




Be a tíssimæ Vírginis Maríæ solemnitátem devotíssime celebrémus: ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum.

Ad Nunc dimittis
Antiphona.




Cor de, et ánimo Christo canámus glóriam in hac sacra solemnitáte præcélsæ Genitrícis Dei Maríæ.

In Laud. et secundis Vesp.
Antiphona.



So lém ni tas.

Ad Benedict. Antiph.



So lem ni tá tem hodiérnam perpétuæ vírginis Genitrícis Dei Maríæ solémniter celebrémus: qua celsitúdo throni procéssit. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



So lém ni tas tua, Dei


Génitrix virgo, gáudium annunciávit univérso mundo: ex te enim ortus est Sol justítiæ, Christus Deus noster, qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem, et confúndens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam.

6. IN TRANSFIG. D. N. JESU CHRISTI

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.


Assúmpsit. ut in Laud.

Ad Magnif. Antiph.




Chri stus Jesus splendor Patris, et figúra substántiæ ejus, portans ómnia verbo virtútis suæ purgatiónem peccatórum fáciens, in monte excélso gloriósus apparére hódie dignátus est. Allelúja.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Assúmpsit Je sus.

Ad Benedict. Antiph.



Et ec ce vox de nube dicens: Hic est Fílius meus diléctus; in quo mihi bene complácui, ipsum audíte. Allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



Et au di én tes discípuli, cecidérunt in fáciem suam, et timuérunt valde, et accéssit Jesus, et tétigit eos, dixítque eis: súrgite, et nolíte timére. Allelúja, allelúja.

10. S. LAURENTII MARTYRIS

In primis et secundis Vesp. et Laud. Antiph.




Lau rén ti us ingréssus est martyr, et conféssus est nomen Dómini Jesu Christi.

Ad Magnif. Antiph.



Be á tus Lauréntius, dum in craticula suprapósitus urerétur, ad impiíssimum tyránnum dixit: assátum est, jam versa, et mandúca: nam facultátes Ecclésiæ, quas requíris, in cæléstes thesáuros manus páuperum deportavérunt.

Ad Benedict. Antiph.



In cra tícula te Deum meum non negávi, et ad ignem applicátus te Christum conféssus sum: probásti cor meum, et visitásti nocte: igne me examinásti, et non est invénta in me iníquitas.

Ad Magnif. Antiph.



Le ví ta Lauréntius bonum opus operátus est, qui per signum crucis cæcos illuminávit, et thesáuros Ecclésiæ dedit paupéribus.


Memor. de S. Tiburtio.

Inclytus martyr Tibúrtius cum nudátis plantis super prunas ardéntes incéderet, Fabiáno Præfécto dixit: Vidétur mihi, quod super róseos flores incédam, in nómine Dómini mei Jesu Christi.

Per octav. ad Benedict. Antiphona.

Lauréntius ingréssus. ut supra.

Ad Magnif. Antiph.



La u rén ti us bonum opus operátus est, qui per signum Crucis cæcos illuminávit.


15. ASSUMPTIONIS B. MARIÆ VIRG.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




To ta.

Ad Magnif. Antiph.




Ascéndit Christus super cælos, et præparávit suæ castíssimæ matri immortalitátis locum: et hæc est illa præclára festívitas ómnium Sanctórum festivitátibus incomparábilis: in qua gloriósa, et felix, mirántibus cæléstis cúriæ ordínibus, ad æthéreum pervénit thálamum: quo pia sui mémorum ímmemor nequáquam exístat.

Ad Nunc dimittis Antiph.




Sub tuum præsídium confúgimus sancta Dei Génitrix, nostras deprecatiónes ne despícias in necessitátibus, sed a perículis cunctis líbera nos semper, Virgo benedícta.

In Matut. super primum Psalmum Antiph.



Exaltá ta est.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Assúmpta est.

Ad Benedict. Antiph.




Quæ est i sta, quæ ascéndit sicut auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta!

Ad Magnif. Antiph.



Hó di e María Virgo cælos ascéndit: gaudéte, quia cum Christo regnat in ætérnum.


Per Octav. ad Benedict. Antiphona.



Vir go prudentíssima, quo progréderis quasi auróra valde rútilans? Fília Sion, tota formósa, et suá-

vis es, pulchra ut luna, elécta ut sol.


Ad Magnif. Antiph.



Spe ci ó sa facta es, et suávis in delíciis virginitátis sancta Dei Génitrix: quam vidéntes filiæ Sion vernántem in flóribus rosárum, et liliis convállium, beatíssimam prædicavérunt, et reginæ laudavérunt eam.


16. S. HYACINTHI CONF. ORD. PRÆD.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Di em.

Ad Magnif. Antiph.




Ma gnus præco Hyacínthus ad justítiam erudívit multos; Christi subégit légibus divérsos natiónum pópulos.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Si gno.

Ad Benedict. Antiph.




Præ di cá vit verbum Dei in omni pópulo, ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus in remissiónem peccatórum eórum.

Ad Magnif. Antiph.




Præ di ca tó rum Ordinis flos pulchérrime Hyacínthe, tua canéntes mérita, tui nos ímbue odóris fragrántia.

Per octav. ad Benedictus Antiphona.



O Be á te Hyacínthe, preces nostras súscipe, tuis adjúti suffrágiis, cæli fruámur gáudiis.


Ad Magnif. Antiph.



Tuum, Dómine, fac sentiámus auxílium, qui beáti Hyacínthi depóscimus patrocínium.


28. S. AUGUSTINI EPISCOPI, CONFESS. ET DOCT. ECCL.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Læ tá re.

Ad Magnif. Antiph.




A dest dies célebris, quo solútus nexu carnis sanctus Præsul Augustínus, assúmptus est cum Angelis, ubi gaudet cum Prophétis, lætátur cum Apóstolis, quorum plenus spíritu, quæ prædixérunt mystica, fecit nobis pérvia: post quos secúnda dispensándi verbi Dei primus refúlsit grátia.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Post mortem.

Ad Benedict. Antiph.




In di é bus ejus obséssa est cívitas Hipponénsis ab exércitu Barbarórum, inter quæ mala fuérunt Augustíno lácrymæ suæ panes die, ac nocte: atque sub hoc evéntu, ad extrémam horam véniens obdormívit in pace.

Ad Magnif. Antiph.




Hó di e gloriósus Pater Augustínus, dissolúta hujus habitatiónis domo, domum non manufáctam accépit in cælis, quam sibi cooperánte Dei grátia, manu, lingua fabrefécit in terris: ubi jam quod sitívit intérnum, gustat ætérnum, decorátus una stola, securúsque de réliqua.

Per octav. ad Benedictus.
Antiphona.



Hu jus mater devotíssima, quem carne prius pepérerat mundo, charitátis viscéribus póstmodum multo sémine lacrymárum génuit Christo.


Ad Magnif. Antiph.



Læ tá re mater nostra Jerúsalem, quia Rex tuus dispensatórem strénuum, et civem fidelíssimum de servitúte Babylónis tibi redémit Augustínum.

29. IN DECOLLAT.
S. JO. BAPTISTÆ.

In primis Vesp. ad Mem.
Antiphona.




Argu é bat Heródem Joánnes propter Herodíadem, quam túlerat fratri suo Philíppo uxórem.

In Laud. et secundis Vesp.
Antiphona.




Heródes enim.

Ad Benedict. Antiph.



Misso Heró des speculatóre, præcépit amputári caput Joánnis in cárcere: quo audíto discípuli ejus venérunt, et tulérunt corpus ejus, et posuérunt illud in monuménto.

Ad Magnif. Antiph.



Perpé tu is nos, Dómine, sancti Joánnis Baptístæ tuére præsídiis: et quanto fragilióres sumus, tanto magis necessáriis attólle suffrágiis.


30. S. ROSÆ
VIRG. LIMANÆ O. P.

In primis Vesp. super Psal.
Antiphona.




In cí pi te.

Ad Magnif. Antiph.




Be ne dícta tu a Deo tuo, Rosa, in omni tabernáculo Jacob; quóniam in omni gente, quæ audíerit nomen tuum, super te Deus Israel magnificábitur.

In Laud. et secundis Vesp.
Antiphona.



Mi rá bi lis.

Ad Benedict. Antiph.




O Ro sa odorífera, spargens ubíque virtútum odórem! Fac nos ejus, qua frúeris, lucis, suavitatísque partícipes.

Ad Magnif. Antiph.




Tu gló ri a Jerúsalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli nostri, o Rosa, fecísti viríliter, et confortátum est cor tuum.

Infra Octav. ad Benedict.
Antiphona.



In mé di o pópuli sui Rosa exaltábitur, et in plenitúdine sancta admirábitur, in multitúdine electórum habébit laudem.

Ad Magnif. Antiph.



Ro sa so ror nostra, bene sit nobis propter te, et vivat ánima nostra ob grátiam tui.

FESTA SEPTEMBRIS.


8. IN NATIVITATE BEATÆ MARIÆ VIRG.

In primis Vesp. super Psal.
Antiphona.




Hæc est.

Ad Magnif. Antiph.




Be a tíssi mæ Vírginis Maríæ Nativitátem devotíssime celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum.

Ad Nunc dimittis Antiphona.




Cor de, et ánimo Christo canámus glóriam, in hac sacra solemnitáte præcélsæ Genitrícis Dei Maríæ.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Na tí vi tas.

Ad Benedict. Antiph.




Na ti vi tá tem hodiérnam perpétuæ vírginis Genitrícis Dei Maríæ solémniter celebrémus: qua celsitúdo throni procéssit. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.




Na tí vi tas tua, Dei Génitrix virgo, gáudium annunciávit univérso mundo: ex te enim ortus est Sol justítiæ, Christus Deus noster; qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem, et confúndens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam.

Per octav. ad Benedictus Antiphona.



Ma rí a Virgo semper lætáre, quæ meruísti Christum portáre, cæli, et terræ Conditórem: quia de tuo útero protulísti mundi Salvatórem.

Ad Magnif. Antiph.



San cta Ma rí a, Vírginum piíssima, súscipe vota servulórum assí-

dua, lapsos érige, errántes córrige, treméntes corróbora, pusillánimes confórta: ut tibi semper referámus láudes, quam Dei summi cólimus Genitrícem.


SS. NOM. MARIÆ

Ad utrasque Vesperas et Laud. Antiphona.




Dum es set Rex.

Ad Magnif. Antiph.



Be á ta mater, et intácta Virgo, gloriósa Regína mundi, intercéde pro nobis ad Dóminum.

Ad Benedict. Antiph.



Be á ta De i génitrix María, Virgo perpétua, templum Dómini, sacrárium Spíritus sancti, tu sola sine exémplo placuísti Dómino nostro Jesu Christo; ora pro pópulo, intérveni pro Clero, intercéde pro devóto femíneo sexu.


Ad Magnif. Antiph.



So lé mni tas tua Dei génitrix Virgo, gáudium annunciávit univérso mundo, ex te enim ortus est Sol justítiæ Christus Deus noster, qui solvens maledictiónem dedit benedictiónem, et confúndens mortem donávit nobis vitam sempitérnam.


14. IN EXALTAT. S. CRUCIS.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




O Crux.

Ad Magnif. Antiph.




Crux fidé lis inter omnes arbor una nóbilis, nulla sylva talem profert fronde, flore, gérmine: dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinuit.

In Laud. et secundis Vesp.
Antiphona.




Ad Benedict. Antiph.



gna cedrórum tu sola excélsior, in qua Vita mundi pepéndit, in qua Christus triumphávit, et mors mortem superávit. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



cta! Quia in te pepéndit Salvátor mundi, et in te triumphávit Rex Angelórum. Allelúja.

15. IN COMMEM. S. DOMINICI P. N. IN SURIANO

Omnia ut in Translatione ejusdem pag. 142.

26. B. MARIÆ VIRG. DE MERCEDE

Omnia ut in Festo B. M. V. ad Nives pag. 152.


29. S. MICHAELIS ARCHANGELI

Omnia ut in Apparitione Sancti Michaelis pag. 140. Per octav. et in octav. Antiphonæ ad Bened. et ad Magnif. ut in Festo eodem.


FESTA OCTOBRIS.

2. S. ANGELI CUST.

Ad utrasque Vesp. et Laud.
Antiphona.




Ad Magnif. Antiph.




ministratórii spíritus, in ministérium missi propter eos, qui hæreditátem cápiunt salútis.

Ad Benedict. Antiph.



Revérsus est Angelus, qui loquebátur in me, et suscitávit me quasi virum, qui suscitátur a somno suo.

Ad Magnif. Antiph.




Sancti Angeli Custódes nostri, defféndite nos in prælio, ut non pereámus in treméndo judício.

Dominica I. Octobris.


SS. ROSARII B. M. V.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Hæc est.

Ad Magnif. Antiph.




Speció sa facta es, et suávis in delíciis tuis sancta Dei Génitrix, quam vidéntes filiæ Sion vernántem in flóribus rosárum, et líliis convállium beatíssimam prædicavérunt, et regínæ laudavérunt eam.

Ad Nunc dimittis Antiphona.


Corde. ut sup. pag. 160.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Lætáre.

Ad Benedict. Antiph.



Solemnitátem hodiérnam Sanctíssimi Rosárii Genitrícis Dei Maríæ devóte celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum.

Ad Magnif. Antiph.



Beáta Mater, et intácta Virgo, gloriósa Regína mundi séntiant omnes tuum juvámen quicúmque célebrant tuam sanctíssimi Rosárii solemnitátem.


Per octav. ad Benedict. Antiphona.



Speció sa facta es, et suávis in delíciis Vir-

ginitátis sancta Dei Génitrix, quam vidéntes filiæ Sion vernántem in flóribus rosárum, et líliis convállium beatíssimam prædicavérunt, et regínæ laudavérunt eam.


Ad Magnif. Antiph.



San cta Ma rí a Vírginum piíssima, súscipe vota servulórum assídua, lapsos érige, errántes córrige, treméntes corróbora, pusillánimes confórta: ut tibi semper referámus láudes, quam Dei summi cólimus genitrícem.

10. S. LUDOVICI BERTRANDI CONF. ORD. PRÆD.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Qua si.

Ad Magnif. Antiph.




O no vi mundi lampas præfúlgida, Sancte Ludovíce! Qui Indis Evangélium Christi nunciándo, Apostolórum glóriæ consors fieri meruísti; semper pius exorátor adsis pro nobis apud Deum, qui te elégit.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Mi rá bi lem.

Ad Benedict. Antiph.




Dó minus Deus Israel visitávit plebem suam in terris Indiárum, mittens ei púerum suum, qui præíret ante fáciem Dómini paráre vias ejus.

Ad Magnif. Antiph.




Re spé xit Dóminus humilitátem servi sui, per quem esuriéntes Indos implévit bonis, et ex hoc beátum hunc dicent omnes generatiónes.

Per Octav. ad Benedict.
Antiphona.



ánimam suam, et in Deo honorábitur; in multitúdine electórum habébit laudem, et inter benedíctos benedicétur.


Ad Magnif. Antiph.




Deus ejus erat cum eo, et magnificávit eum in excélsum, confortátus est in regno suo.

24. S. RAPHAELIS ARCHANGELI

In primis Vesp. super Psal.
Antiphona.



Ad Magnif. Antiph.




Angelus, qui asto ante Dóminum: vos autem benedícite Deum, et narráte ómnia mirabília ejus.

In Laud. et secundis Vesp.
Antiphona.

Missus est. ut in primis Vesperis.

Ad Benedict. Antiph.



Angelus, qui asto ante Dóminum; vos autem benedícite Deum, et narráte ómnia mirabília ejus.

Ad Magnif. Antiph.




gloriosíssime Ráphael Archángele, esto memor nostri: hic, et ubíque semper precáre pro nobis Fílium Dei.


FESTA NOVEMBRIS.

1. OMN. SANCTOR.

In primis Vesp. super Psal.
Antiphona.




Ad Magnif. Antiph.




Be á ti e stis Sancti Dei omnes, qui meruístis consórtes fieri cæléstium virtútum, et pérfrui claritátis glória: ideóque precámur, ut mémores nostri intercédere dignémini pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.

Ad Matut. super primum Psalmum Antiph.



A désto.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Vi di tur bam.

Ad Benedict. Antiph.



Te glo ri ó sus Apostolórum chorus, te Prophetárum laudábilis númerus, te Mártyrum candidátus laudat exércitus, te omnes elécti voce confiténtur unánimes, Beáta Trínitas, unus Deus.

Ad Magnif. Antiph.



Sal vá tor mundi, salva nos omnes, sancta Dei Génitrix Virgo semper María ora pro nobis: précibus quoque sanctórum Apostolórum, Mártyrum, et Confessórum, atque sanctárum Vírginum, supplíciter pétimus, ut a mális ómnibus eruámur, bonísque ómnibus nunc, et semper pérfrui mereámur.

Per octav. et in octav. Antiph. ut in die.


2. COMMEM. OMN. FIDEL. DEFUNCT.

In Vesp. super Psal. Antiphona.



Pla cé bo.


Ad Magnif. Antiph.



Au dí vi vocem de


cælo, dicéntem mihi: beáti mórtui qui in Dómino moriúntur.

In Matut. super primum Psalmum Antiph.




Dí ri ge.

In Laudibus Antiph.



Exul tá bunt.

Ad Benedict. Antiph.



Ego sum resurréctio, et vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet; et omnis qui vivit, et credit in me, non moriétur in ætérnum.


Dominica II. Novembris.

IN PATROCINIO B. MARIÆ VIRG.

Omnia sicut in Festo Beatæ Mariæ Virg. ad Nives pag. 152.


9. OMN. SANCTOR. ORDINIS NOSTRI

In primis Vesperis super Psalmum Antiph.




Su sci tá vit.

Ad Magnif. Antiph.




Fe cit Ordini magna, qui potens est, suscépit Domínicum púerum suum, benedíxit illi, et sémini ejus usque in séculum.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Domum tu am.


Ad Benedict. Antiph.



Dó mi nus Deus Israel eréxit cornu salútis nobis in domo Domínici púeri sui; ut serviámus illi in san-

ctitáte, et justítia coram ipso ómnibus diébus nostris.


Ad Magnif. Antiph.



Sanctos suos magnificávit Dóminus in salutári suo: ecce enim ex hoc Beátos illos dicent omnes generatiónes.


11. S. MARTINI EPISC. ET CONF.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



O Beátum.

Ad Magnif. Antiph.




O Martíne, o pie, quam pium est gaudére de te! O Martíne, prophétis compar, Apóstolis consérte, Præsulum gemma, fide, et méritis egrégie, pietáte mirábilis, charitáte ineffábilis! Succúrre nobis nunc, et ante Deum.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Dixérunt.

Ad Benedict. Antiph.



O quantus luctus ómnium, quanta præcípue laménta Monachórum, et Vírginum chori! Quia pium est gaudére Martíno, et pium est flere Martínum.

Ad Magnif. Antiph.



O beátum virum, cujus ánima Paradísum póssidet! Unde exúltant Angeli, lætántur Archángeli, chorus Sanctórum proclámat, turba Vírginum invítat: mane nobíscum in ætérnum.


Per octav. et in octav. S. Martini Antiph. ad Benedict. et ad Magnif. ut in die.

12. DEDICATIONIS BASIL. SS. SALVAT.
18. ET BASILICÆ SS. PETRI ET PAULI

Omnia ut in Festo dedicationis Eccl. pag. 106.


21. IN PRÆSENT. B. MARIÆ VIRG.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Hæc est.

Ad Magnif. Antiph.




Be a tíssi mæ Vírginis Maríæ Præsentatiónem devotíssime celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum.

Ad Nunc dimittis Antiphona.


Corde. ut sup. pag. 160.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Præ sen tá ti o.

Ad Benedict. Antiph.



Præ senta ti ó nem hodiérnam perpétuæ vírginis Genitrícis Dei Maríæ solémniter celebrémus, qua celsitúdo throni procéssit. Allelúja.

Ad Magnif. Antiph.



Præ sen tá ti o tua, Dei Génitrix virgo gáudium annunciávit univérso mundo: ex te enim ortus est Sol justítiæ Christus Deus noster, qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem: et confúndens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam.

22. S. CÆCILIÆ VIRGINIS ET MART.


In primis Vesp. ad Mem. Antiphona.



Vir go gloriósa sem-


per Evangélium Christi gerébat in péctore, et non diébus, neque nóctibus a collóquiis divínis, et oratióne cessábat.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Cantántibus.

Ad Benedict. Antiph.



Dum au ró ra finem daret, Cæcília exclamávit, dicens: Eja mílites Christi, abjícite ópera tenebrárum, et induímini arma lucis.


Ad Magnif. Antiph.



Tri du á nas a Dómino popósci indúcias, ut domum meam Dómino Ecclésiam consecrárem.


23. S. CLEMENTIS PAPÆ ET MART.

In primis Vesp. ad mem. Antiphona.




De dí sti, Dómine, habitáculum Mártyri tuo Cleménti in mari in modum templi marmórei, Angélicis mánibus præparátum, præbens iter pópulo terræ, ut enárrent mirabília tua.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




O rán te.

Ad Benedict. Antiph.



O ré mus omnes ad Dóminum Jesum Christum, ut confessóribus suis fontis venas apériat.

Ad Magnif. Antiph.




In ve nérunt in mo-

dum templi marmórei habitáculum a Deo parátum.


25. S. CATHARINÆ VIRG. ET MART.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Vír gi nis.

Ad Magnif. Antiph.




In cly ta sanctæ vírginis Catharínæ solémnia suscípiat alácriter pia mater Ecclésia. Ave virgo Deo digna; ave dulcis, et benígna; óbtine nobis gáudia, quæ póssides cum glória.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Pas si ónem.

Ad Benedict. Antiph.



Pru dens, et vígilans virgo, qualis es cum Sponso illo, qui te elégit de mundo: quam pulchra, quam mirábilis, quanta luce spectábilis, inter Sion juvénculas, et Jerúsalem filias thálamo gáudes régio, conjúncta Dei Fílio!

Ad Magnif. Antiph.



A ve vírginum gemma Catharína, ave sponsa Regis regum gloriósa, ave viva Christi hóstia, tua venerántibus patrocínia, impetráta non déneges suffrágia.

Per octav. et in octav. S. Catharinæ Virg. et Mart. ad Benedict. et ad Magnif. Antiphonæ sicut in die.




COMMUNE SANCTORUM

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN COMMUNI APOSTOLORUM

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Estóte.

Ad Magnif. Antiph.




Be á ti éritis, cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos, et exprobráverint, et ejécerint nomen vestrum tamquam malum propter Fílium hóminis: gaudéte, et exultáte, ecce enim merces vestra multa est in cælo.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Hoc est.

Ad Benedict. Antiph.



Vos, qui secú ti estis me, sedébitis super sedes, judicántes duódecim Tribus Israel, dicit Dóminus.


Ad Magnif. Antiph.



In regenerati ó ne, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis et vos, judicántes duódecim Tribus Israel, dicit Dóminus.


IN COMMUNI EVANGELISTAR.

In primis Vesp. ad Magnif. Antiphona.




Ec ce e go Joánnes vidi óstium apértum in cælo, et ecce sedes pósita erat in eo, et in médio sedis, et in circúitu ejus quátuor animália, plena óculis ante, et retro: et dabant glóriam, et honórem, et benedictiónem sedénti super thronum, vivénti in sécula seculórum.

Ad Benedict. Antiph.



In mé di o, et in circúitu sedis Dei, quátuor animália senas alas habéntia, óculis úndique plena, non cessant nocte, ac die dícere: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Omnípotens, qui erat, et qui est, et qui ventúrus est.

Ad Magnif. Antiph.



Tu a sunt hæc, Christe, ópera, qui Sanctos tuos ita gloríficas, ut étiam dignitátis grátia in eis futúræ præíre mirácula fäcias: tu insígnes Evangélii prædicatóres animálium cæléstium admirábili figúra præsignásti: his namque cæléste munus collátum, gloriósis indíciis es dignátus osténdere: hinc laus, hinc glória tibi résonet in sécula.


IN COMMUNI UNIUS MARTYRIS

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Læ tá bi tur.


Ad Magnif. Antiph.



Hic est vere mar tyr, qui pro Christi nómine sán-


guinem suum fudit: qui minas júdicum non tímuit, nec terrénæ dignitátis glóriam quæsívit, sed ad cæléstia regna felíciter pervénit.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Qui me con féssus.

Ad Benedict. Antiph.



Qui vult ve ní re post me, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.


Ad Magnif. Antiph.



Iste est, qui pro lege Dei sui morti se trádidit, non dubitávit mori: ab iníquis interféctus est, et in ætérnum vivit cum Christo: Agnum secútus est, et accépit palmam.


IN COMMUNI PLURIMOR. MART.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Hi sunt.

Ad Magnif. Antiph.




Gaudent in cælis ánimæ Sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: et quia pro ejus amóre sánguinem suum fudérunt, ídeo cum Christo regnábunt in ætérnum.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Justó rum.


Ad Benedict. Antiph.



Isti sunt San cti, qui pro Dei amóre minas hóminum contempsérunt: sancti mártyres in regno cælórum exúltant cum An-

gelis: o quam pretiósa est mors Sanctórum, qui assídue assístunt ante Dóminum, et ab ínvicem non sunt separáti!


Ad Magnif. Antiph.



Ab stér get Deus omnem lácrymam ab óculis Sanctórum: et jam non erit ámplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, quóniam prióra transiérunt.


IN COMMUNI UNIUS CONFESS.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Iste San ctus.

Ad Magnif. Antiph.




Con fés sor Dómini N. astántem plebem corróbora sancta intercessióne, ut qui vitiórum póndere prémimur, beatitúdinis tuæ glória sublevémur, et te duce ætérna præmia consequámur.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Dó mi ne.

Ad Benedict. Antiph.



Eu ge serve bone, et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus.


Ad Magnif. Antiph.



Si mi lábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

AD MEMORIAM PLURIM. CONFESS.


Ad Magnificat Antiph.



Ful gé bunt justi,

et tamquam scintíllæ in arundinéto discúrrent; judicábunt natiónes, et regnábunt in ætérnum.

Ad Benedict. Antiph.



Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris, et vos símiles homínibus expectántibus Dóminum suum, quando revertátur a núptiis.


IN COMMUNI UNIUS VIRG. ET MART.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Ve ni én te.

Ad Magnif. Antiph.




I sta est Virgo sápiens, quam Dóminus vigilántem invénit, quæ accépta lámpade, sumpsit secum óleum, et veniénte Dómino introívit cum eo ad núptias.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Hæc est vir go.

Ad Benedict. Antiph.



Ve ni elécta mea, et ponam in te thronum meum, quia concupívit Rex spéciem tuam.

Ad Magnif. Antiph.



Ac cín xit fortitúdine lumbos suos, et roborávit bráchium suum: ideóque lucérna ejus non extinguétur in sempitérnum.

AD MEMORIAM PLURIM. VIRG.

Ad Magnif. Antiph.


Prudéntes Vírgines, aptáte lámpades vestras: ecce Sponsus venit, exíte óbviam ei.

Ad Benedict. Antiph.

Símile erit regnum cœlórum decem virgínibus, quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviam Sponso, et Sponsæ.

IN COMMUNI UNIUS MART. TANT.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.




Cetera de Communi nec Virg. nec Mart.

IN COMMUNI UNIUS NEC VIRG. NEC MART.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Ad Magnif. Antiph.




et ponam in te thronum meum; quia concupívit Rex spéciem tuam.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.




Ad Benedict. Antiph.



ruit ínopi, et palmas suas exténdit ad páuperem: fortitúdo, et decor induméntum ejus, et ridébit in die novíssimo.

Ad Magnif. Antiph.




ne lumbos suos, et roborávit bráchium suum: gustávit, et vidit, quia bona est negotiátio ejus: non extinguétur in nocte lucérna ejus.

IN COMMUNI SANCTORUM


TEMPORE PASCHALI.

In primis Vesp. ad Magnif. Antiphona.




Fí li æ Jerúsalem, veníte, et vidéte mártyrem cum coróna, qua coronávit eum Dóminus in die solemnitátis, et lætítiæ. Allelúja, allelúja.

In Laud. et secundis Vesp. Antiphona.



Ad Benedict. Antiph.



Lux perpé tu a lucébit Sanctis tuis, Dómine, allelúja, et ætérnitas témporum. Allelúja, allelúja, allelúja.


Ad Magnif. Antiph.



In Ci vi tá te Dómini clare sonant júgiter órgana Sanctórum: ibi Angeli, et Archángeli hymnum decántant ante thronum Dei. Allelúja.

IN SABBATIS DE B. MARIA VIRG.

In Adventu usque ad Nativit. Domini. Ad Magnif. Antiph.



O Vir go vírginum, quómodo fiet istud? Quia nec primam símilem visa es, nec habére sequéntem. Fíliæ Jerúsalem, quid me admirámini? Divínum est mystérium hoc, quod cérnitis.


Ad Nunc dimittis Antiphona.



Sub tu um præsídium confúgimus sancta

Dei Génitrix, nostras deprecatiónes ne despícias in necessitátibus; sed a perículis cunctis líbera nos semper, Virgo benedícta.


Ad Benedict. Antiph.



Spí ri tus sanctus in te descéndet, María; ne tímeas, habébis in útero Fílium Dei. Allelúja.

Ab Oct. Epiph. usque ad Purificationem.

Ad Magnif. Antiph.



O admi rá bi le commércium! Creátor géneris humáni, animátum corpus sumens, de Vírgine nasci dignátus est: et procédens homo sine sémine, largítus est nobis suam Deitátem.


Ad Benedict. Antiph.



Gé nu it puérpera Regem, cui nomen ætérnum, et gáudia matris habens cum virginitátis honóre: nec primam símilem visa est, nec habére sequéntem. Allelúja.


A Purificatione usque ad Advent. præterquam Tempore Paschali.

Ad Magnif. Antiph.



Al ma Redemptóris Mater, quæ pérvia cæli porta manes, et stella maris, succúrre cadénti, súrgere qui curat, pópulo. Tu quæ genuísti, natúra miránte, tuum sanctum Genitórem, virgo prius, ac postérius, Gabriélis ab ore sumens illud Ave, peccatórum miserére.


Ad Benedict. Antiph.



Ave stella matutína, peccatórum medicína, mundi princeps, et regína, sola virgo digna dici, contra tela inimíci clypeum pone salútis, tuæ tí-


tulum virtútis. O Sponsa Dei elécta, esto nobis via recta ad ætérna gáudia.

Tempore Paschal.
Ad Magnif. Antiph.



Re gí na cæ li læ- táre, allelúja, quia quem meruísti portáre, allelúja, resurréxit (vel jam ascéndit) sicut dixit, allelúja; ora pro nobis Deum. Allelúja.

Ad Benedict. Antiph.



Be á ta Dei Génitrix María, Virgo perpétua, templum Dómini, sacrárium Spíritus sancti, tu sola sine exémplo placuísti Dómino nostro Jesu Christo: ora pro pópulo, intérveni pro Clero, intercéde pro devóto femíneo sexu. Allelúja, allelúja.

FERIA III.
DE B. DOMINICO

Antiph. ad Magnif. et Benedict. ut infra octav. Festi ipsius pag. 152. In Laud. super Psal. Antiph. Pie Pater. pag. 143.

FERIA IV.
DE S. THOMA

Antiphonæ ad Magnif. et Benedict. ut infra octav. Festi ipsius pag. 128.

FERIA V.
DE SS. SACRAMENTO

Antiphonæ ad Magnif. et Benedict. ut infra octav. Corporis Christi pag. 93.

FERIA II. vel VI.
DE S. VINCENTIO FERRERIO

Antiph. ad Magnif. et Benedict. ut infra octav. Festi ipsius pag. 133.



ORATIONES

DE TEMPORE.

DOMINICA PRIMA ADVENTUS.

Oratio.


Xcita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni, ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

DOMINICA II.

Oratio.

EXcita, Dómine, corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vias, ut per ejus advéntum purificátis tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum vivit, et regnat etc.

DOMINICA III.

Oratio.

AUrem tuam, quæsumus Dómine, précibus nostris accómoda, et mentis nostræ ténebras grátia tuæ visitatiónis illústra. Qui vivis etc.

FERIA IV. QUATUOR TEMPORUM.

In Laudibus Oratio.

FEstína, quæsumus Dómine, ne tardáveris, et auxílium nobis supérnæ virtútis impénde, ut advén-

tus tui consolatiónibus subleventur, qui in tua pietáte confidunt. Qui vivis.

Præcedens Oratio, et duæ, quæ sequuntur Feria vi. et Sabbato, dicantur tantum ad Laudes; ad Horas vero diei, et ad Vesp. dicatur Oratio Dominicalis.

FERIA VI.

Oratio.

EXcita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni, ut hi, qui in tua pietáte confidunt, ab omni cítius adversitáte liberéntur. Qui vivis.

SABBATO.

Oratio.

DEus, qui cónspicis, quia ex nostra pravitáte affligimur, concéde propítius, ut ex tua visitatióne consolémur. Qui vivis.

DOMINICA IV.

Oratio.

EXcita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni, et magna nobis virtúte succúrre, ut per auxílium grátiæ tuæ, quod nostra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret. Qui vivis.

IN VIGILIA NATIVIT. DOMINI

Ad Laud. Hor. et Vesp.

Oratio.

DEus, qui nos Redemptiónis nostræ ánnua expectatióne lætíficas, præsta, ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem læti suscípimus, veniéntem quoque júdicem secúri videámus, Dóminum nostrum etc.

IN NATIVITATE DOMINI.

Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

DOMINICA INFRA OCT. NATIVIT.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo, ut in Nómine dilécti Fílii tui mereámur bonis opéribus abundáre. Per eúmdem Dóminum nostrum.

IN CIRCUMCISIONE DOMINI.

Oratio.

DEus, qui nobis nati Salvatóris diem celebráre concédis octávum, fac nos, quæsumus, ejus perpétua divinitáte muníri, cujus sumus carnáli commércio reparáti. Qui tecum.

IN VIGILIA EPIPHANIÆ

Ad Laud. Horas diei, et Vesp.

Oratio.

COrda nostra, quæsumus Dómine, ventúræ festivitátis splendor illústret, quo mundi hujus ténebris carére valeámus; et perveniámus ad pátriam claritátis ætérnæ. Per Dóminum.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus stella duce reveládsti, concéde propítius, ut qui jam te ex fide cognóvimus; usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

DOM. INFRA OCT. EPIPHAN.

Oratio.

VOta, quæsumus Dómine, supplicántis pópuli cælésti pietáte proséquere; ut quæ agénda sunt, vídeant, et ad impléenda, quæ víderint, convaléscant. Per Dóminum.

IN OCTAVA EPIPHANIÆ.

Oratio.

DEus, cujus Unigénitus in substántia nostræ carnis appáruit, præsta quæsumus, ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, intus reformári mereámur. Qui tecum vivit.

DOM. I. POST OCT. EPIPHAN.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui cæléstia simul, et terréna moderáris, supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi; et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum.

Ad Completorium. Oratio.

VIsita, quæsumus Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: et Angeli tui sancti habitántes in ea nos in pace custódiant, et benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum.

Ad Primam. Oratio.

IN hac hora hujus diéi tua nos, Dómine, reple misericórdia, ut per totum diem exultántes, in tuis láudibus júgiter delectémur. Per Dóminum.

FERIA II.

Ad Primam. Oratio.

Dómine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre fecísti, tua nos hódie salva virtúte, ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes, et ópera. Per Dóminum.

DOMINICA II.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice, atque ad protegéndum nos dé-

xteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA III.

Oratio.

DEus, qui nos in tantis perículis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsístere; da nobis salútem mentis, et córporis, ut ea, quæ pro peccátis nostris pátimur, te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.

DOMINICA IV.

Oratio.

FAmíliam tuam, quæsumus Dómine, contínua pietáte custódi; ut quæ in sola spe grátiæ cæléstis innítitur, tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum.

DOMINICA V.

Oratio.

PRæsta quæsumus, omnípotens Deus, ut semper rationabília meditántes, quæ tibi sunt plácita et dictis exequámur, et factis. Per Dóminum.

DOM. IN SEPTUAGESIMA.

Oratio.

PReces pópuli tui, quæsumus Dómine, cleménter exáudi; ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum nostrum.

DOM. IN SEXAGESIMA.

Oratio.

DEus qui cónspicis, quia ex nulla nostra actióne confídimus; concéde propítius, ut contra advérsa ómnia Doctóris Géntium protectióne muniámur. Per Dóminum nostrum.

DOM. IN QUINQUAGESIMA.

Oratio.

PReces nostras, quæsumus Domine, cleménter exáudi; atque a peccatórum vínculis absolútos, ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum.

FERIA IV. CINERUM.

Oratio.

PRæsta, Dómine, fidélibus tuis, ut jejuniórum veneránda solémnia et cóngrua pietáte suscípiant, et secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

INclinántes se, Dómine, majestáti tuæ, propitiátus inténde; ut qui divíno múnere sunt refécti, cæléstibus semper nutriántur auxíliis. Per Dóminum.

FERIA V.

Oratio.

DEus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris, preces pópuli tui supplicántis propítius réspice, et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

PArce, Dómine, parce pópulo tuo; ut dignis flagellatiónibus castigátus, in tua miseratióne respíret. Per Dóminum nostrum.

FERIA VI.

Oratio.

INchoáta jejúnia, quæsumus Dómine, benígno favóre proséquere; ut observántiam, quam corporáliter exhibémus, méntibus étiam sincéris exercére valeámus. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

TUére, Dómine, pópulum tuum, et ab ómnibus peccátis cleménter emúnda: quia ei nulla nocébit advérsitas, si nulla ei dominétur iníquitas. Per.

SABBATO.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, et concéde, ut hoc solémne jejúnium, quod animábus, corporibúsque curándis salúbriter institútum est, devóto servítio celebrémus. Per Dóminum.

DOM. I. QUADRAGESIMÆ.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam ánnua Quadragesimáli observatióne puríficas: præsta famíliæ tuæ, ut quod a te obtinére abstinéndo nítitur, hoc bonis opéribus exequátur. Per Dóminum.

FERIA II.

Oratio.

COnvérte nos Deus salutáris noster; et ut nobis jejúnium Quadragesimále profíciat, mentes nostras cæléstibus ínstrue disciplínis. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

ABsólve, quæsumus, Dómine, nostrórum víncula peccatórum: et quidquid pro eis merémur, propitiátus avérte. Per Dóminum.

FERIA III.

Oratio.

REspice, Dómine, famíliam tuam, et præsta, ut apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, quæ se carnis maceratióne castígat. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

AScéndant ad te, Dómine, preces nostræ: et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dóminum.

FERIA IV.

Oratio.

PReces nostras, quæsumus Dómine, cleménter exáudi: et contra cuncta nobis adversántia déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas. Oratio.

MEntes nostras, quæsumus Dómine, lúmine tuæ claritátis illústra, ut vidére possímus quæ agénda sunt, et quæ recta sunt ágere valeámus. Per Dóminum.

FERIA V.

Oratio.

DEvotiónem pópuli tui, quæsumus Dómine, benígnus inténde, ut qui per abstinéntiam macerántur in córpore, per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

DA, quæsumus Dómine, pópulis Christiánis et quæ profiténtur agnóscere, et cæléste munus dilígere, quod frequéntant. Per Dóminum.

FERIA VI.

Oratio.

ESto, Dómine, propítius plebi tuæ: et quam tibi facis esse devótam, benígno réfove miserátus auxílio. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

EXáudi nos, miséricors Deus, et méntibus nostris grátiæ tuæ lumen osténde. Per Dóminum.

SABBATO.

Oratio.

POpulum tuum, quæsumus Dómine, propítius réspice: atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter avérte. Per Dóminum.

DOM. II. QUADRAGESIMÆ.

Oratio.

DEus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui, intérius, exteriúsque custódi, ut ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore, et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.

FERIA II.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut família tua, quæ se, affligéndo carnem, ab aliméntis abstinet, sectándo justítiam a culpa jejúnet. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

ADésto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus; et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

FERIA III.

Oratio.

PErfice, quæsumus Dómine, benígnus in nobis observántiæ sanctæ subsídium; ut quæ te auctóre faciénda cognóvimus, te operánte impleámus. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

PRopitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris, et animárum nostrárum medére languóribus; ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne lætémur. Per Dóminum.

FERIA IV.

Oratio.

POpulum tuum, quæsumus Dómine, propítius réspice: et quos ab escis carnálibus præcipis abstinére, a nóxiis quoque vítiis cessáre concéde. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

DEus innocéntiæ restitútor, et amátor, dírige ad te tuórum corda servórum; ut Spiritus tui fervóre concépto, et in fide inveniántur stábiles, et in ópere efficáces. Per Dóminum.

FERIA V.

Oratio.

PRæsta nobis, quæsumus Dómine, auxílium gratiæ tuæ; ut jejúniis, et oratiónibus conveniénter intén ti, liberémur ab hóstibus mentis et córporis. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

ADésto, Dómine, fámulis tuis, et perpétuam benignitátem largíre poscéntibus; ut iis, qui te auctóre, et gubernatóre gloriántur, et congregáta restáures, et restauráta consérves. Per Dóminum.

FERIA VI.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut sacro nos purificánte jejúnio, sincéris méntibus ad sancta ventúra fácias pervenire. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

DA, quæsumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis et córporis; ut bonis opéribus inhæréndo, tuæ semper virtútis mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum.

SABBATO.

Oratio.

DA, quæsumus Dómine, nostris efféctum jejúniis salutárem; ut castigátio carnis assúmpta, ad nostrárum vegetatiónem tránseat animárum. Per Dóminum.

DOM. III. QUADRAGESIMÆ.

Oratio.

QUæsumus, omnípotens Deus, vota humílium réspice; atque ad defensiónem nostram déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

FERIA II.

Oratio.

COrdibus nostris, quæsumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde; ut sicut ab escis carnálibus abstinémus, ita sensus quoque nostros a nóxiis retrahámus excéssibus. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

SUbvéniat nobis, Dómine, misericórdia tua, ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Per Dóminum.

FERIA III.

Oratio.

EXáudi nos, omnípotens et miséricors Deus, et continéntiæ salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

TUa nos, Dómine, protectióne defénde: et ab omni semper iniquitáte custódi. Per Dóminum.

FERIA IV.

Oratio.

PRæsta nobis, quæsumus Dómine, ut salutáribus jejúniis erudíti, a nóxiis quoque vítiis abstinéntes, propitiatiónem tuam facílius impetrémus. Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas. Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut qui protectiónis tuæ grátiam quærimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum

FERIA V.

Oratio.

COncéde quæsumus omnípotens Deus, ut jejunió-rum nobis sancta devótio, et purificatiónem tríbuat, et majestáti tuæ nos reddat accéptos. Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas. Oratio.

SUbjéctum tibi pópulum, quæsumus Dómine, propitiátio cæléstis amplíficet; et tuis semper fáciat servíre mandátis. Per Dóminum.

FERIA VI.

Oratio.

JEjúnia nostra, quæsumus Dómine, benígno favóre proséquere; ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore, ita a vítiis jejunémus in mente. Per Dóm.

Ad Vesperas. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui in tua protectióne confídimus, cuncta nobis adversántia te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.

SABBATO.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui se, affligéndo carnem, ab aliméntis ábstinent, sectándo justítiam, a culpa jejúnent. Per Dóminum.

DOM. IV. QUADRAGESIMÆ.

Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut qui ex mérito nostræ actiónis afflígimur, tuæ grátiæ consolatióne respirémus. Per Dóminum.

FERIA II.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, et córpore tibi placeámus, et mente. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

DEprecatiónem nostram, quæsumus Dómine, benígnus exáudi, et quibus supplicándi præstas afféctum, tríbue defensiónis auxílium. Per Dóminum.

FERIA III.

Oratio.

SAcræ nobis, quæsumus Dómine, observatiónis jejúnia, et piæ conversatiónis augméntum, et tuæ propitiatiónis contínuum præstent auxílium. Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas. Oratio.

MIserére, Dómine, pópulo tuo: et contínuis tribulatiónibus laborántem, propítius respiráre concéde. Per Dóminum.

FERIA IV.

Oratio.

DEus, qui et justis præmia meritórum, et peccatóribus per jejúnium véniam præbes; miserére supplícibus tuis, ut reátus nostri conféssio indulgéntiam váleat percípere delictórum. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

PAteant aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium; et ut peténtibus desideráta concédas, fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum.

FERIA V.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut quos jejúnia votíva castígant, ipsa quoque devótio sancta lætíficet: ut terrénis afféctibus mitigátis, facílius cæléstia capiámus. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

POpuli tui, Deus, institútor, et rector, peccáta, quibus impugnátur, expélle; ut semper tibi plácitus, et tuo munímine sit secúrus. Per Dóminum.

FERIA VI.

Oratio.

DEus, qui ineffabílibus mundum rénovas sacraméntis; præsta quæsumus, ut Ecclésia tua et ætérnis profíciat institútis, et temporálibus non destituátur auxíliis. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus, ut qui infirmitátis nostræ cónscii, de tua virtúte confídimus, sub tua semper pietáte gaudeámus. Per Dóminum nostrum.

SABBATO.

Oratio.

FIat, Dómine quæsumus, per grátiam tuam fructuósus nostræ devotiónis afféctus: quia tunc nobis próderunt suscépta jejúnia, si tuæ sint plácita pietáti. Per Dóminum.

DOMINICA IN PASSIONE.

Oratio.

QUæsumus, omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réspice; ut te largiénte, regátur in córpore, et te servánte, custodiátur in mente. Per Dóminum nostrum.

FERIA II.

Oratio.

SAnctífica, quæsumus Dómine, nostra jejúnia, et cunctárum nobis propítius indulgéntiam largíre culpárum. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

DA, quæsumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis, et córporis; ut bonis opéribus inhæréndo, tua semper mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum nostrum.

FERIA III.

Oratio.

NOstra tibi, Dómine quæsumus, sint accépta jejúnia, quæ nos et expiándo, grátia tua dignos efficiant, et ad remédia perdúcant ætérna. Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas. Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, perseverántem in tua voluntáte famulátum; ut in diébus nostris et mérito, et número pópulus tibi sérviens augeátur. Per Dóminum.

FERIA IV.

Oratio.

SAnctificáto hoc jejúnio, Deus, tuórum corda fidélium miserátor illústra: et quibus devotiónis præstas affèctum, præbe supplicántibus pium benígnus audítum. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

ADésto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus, et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum nostrum.

FERIA V.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut dígnitas conditiónis humánæ per immoderántiam sauciáta, medicinális parsimóniæ stúdio reformétur. Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas. Oratio.

ESto, quæsumus Dómine, propitius plebi tuæ, ut quæ tibi non placent, respuéntes, tuórum pótius repleántur delectatiónibus mandatórum. Per Dóminum nostrum.

FERIA VI.

Oratio.

COrdibus nostris, quæsumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde; ut peccáta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, temporáliter pótius macerémur, quam supplíciis deputémur ætérnis. Per Dóminum.

Ad Vesperas. Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut qui protectiónis tuæ grátiam quærimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

SABBATO.

Oratio.

PRoficiat, quæsumus Dómine, plebs tibi dicáta piæ devotiónis afféctu, ut sacris actiónibus erudíta, quanto majestáti tuæ fit grátior, tanto donis potióribus augeátur. Per Dóminum.

DOM. IN RAMIS PALMARUM.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et Crucem subíre fecísti; concéde propítius, ut et patiéntiae ipsíus habére documénta, et Resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem.

FERIA II.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut qui in tot advérsis ex nostra infirmitáte defícimus, intercedénte unigéniti Fílii tui Passióne, respirémus. Qui tecum vivit, et regnat.

Ad Vesperas. Oratio.

ADjuva nos, Deus salutáris noster, et ad benefícia recolénda, quibus nos instauráre dignátus es, tríbue veníre gaudéntes. Per Dóminum.

FERIA III.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, da nobis ita Domínicæ Passiónis sacraménta perágere, ut indulgéntiam percípere mereámur. Per eúmdem.

Ad Vesperas. Oratio.

TUa nos misericórdia, Deus, et ab omni subreptióne vetustátis expúrget, et capáces sanctæ novitátis efficiat. Per Dóminum.

FERIA IV.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui nostris excéssibus incessánter affligimur, per unigéniti Fílii tui Passiónem liberémur. Qui tecum.

Ad Vesperas. Oratio.

REspice, quæsumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et Crucis subíre torméntum. Qui tecum.

Hæc Oratio dicitur etiam in Cœna Domini, et in Parasceve ad Laud. omnes Horas diei, et ad Vesp. et in Sabbato Sancto ad Laud. et Horas usque ad Nonam inclusive, sine Dóminus vobíscum, sine Orémus, et sine Qui tecum: et non dicatur Amen: nec Benedicámus Dómino, nec Fidélium: sed post Orationem dicatur solum Pater noster in secreto.

SABBATO SANCTO

Ad Vesp. et Completorium, et tribus diebus seq. ad Completor.

Oratio.

SPíritum nobis, Dómine, tuæ charitátis infúnde; ut quos Sacraméntis Paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum: ejúsdem.

IN DIE SANCTO PASCHÆ

Ad Laud. Primam, alias Horas, et ad Vesp. sicut et ad Primam duobus diebus sequentibus.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum devícta morte reserásti: vota nostra, quæ præveniéndo aspíras, etiam adjuvándo proséquere. Per eúmdem.

AD MEM. CRUCIS.

Oratio.

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis, ut Resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem.

AD MEM. B. MARIÆ VIRG.

Oratio.

GRátiam tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde, ut qui Angelo nunciánte, Christi Fílii tui Incarnatiónem cognóvimus, per Passiónem ejus, et Crucem, ad Resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem.

FERIA II.

Oratio.

DEus, qui solemnitáte Pascháli mundo remédia contulísti, pópulum tuum, quæsumus, cæléstí dono proséquere; ut et perféctam libertátem cónsequi mereátur, et ad vitam profíciat sempitérnam. Per Dóminum nostrum.

FERIA III.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam novo semper fœtu multíplicas, concéde fámulis tuis, ut Sacraméntum vivéndo téneant, quod fide percepérunt. Per Dóminum nostrum.

FERIA IV.

Oratio.

DEus, qui nos Resurrectiónis Domínicæ ánnua solemnitáte lætíficas, concéde propítius, ut per temporália festa, quæ ágimus, perveníre ad gáudia ætérna mereámur. Per eúmdem.

FERIA V.

Oratio.

DEus, qui diversitátem géntium in confessióne tui Nóminis adunásti; da, ut renátis fonte baptísmatis una sit fides méntium, et píetas actiónum. Per Dóminum nostrum.

FERIA VI.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Paschále Sacraméntum in reconciliatiónis humánæ fœdere contulísti; da méntibus nostris, ut quod professióne celebrámus, imitémur efféctu. Per Dóminum.

SABBATO.

Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut qui festa paschália venerándo égimus; per hæc contíngere ad gáudia ætérna mereámur. Per Dóminum.

DOM. IN OCT. PASCHÆ.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Paschália festa perégimus, hæc, te largiénte, móribus, et vita teneámus. Per Dóminum.

DOM. I. POST. OCT. PASCHÆ.

Oratio.

DEus, qui in Fílii tui humilitáte jacéntem mundum erexísti, fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam, ut quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias sempitérnis pérfrui. Per eúmdem Dóminum.

DOM. II. POST. OCT. PASCHÆ.

Oratio.

DEus, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiæ, veritátis tuæ lumen osténdis: da cunctis, qui Christiána professióne censéntur, et illa respúere, quæ huic inimíca sunt nómini, et ea, quæ sunt apta, sectári. Per Dóminum.

DOM. III. POST OCT. PASCHÆ.

Oratio.

DEus, qui fidélium mentes uníus éfficis voluntátis; da pópulis tuis id amáre, quod præcipis, id desideráre, quod promíttis; ut inter mundánas varietátes, ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum nostrum.

DOM. IV. POST OCT. PASCHÆ.

Oratio.

DEus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis, ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt, et te gubernánte, éadem faciámus. Per Dom.

FERIA II. ROGATIONUM.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus; contra advérsa ómnia, tua semper protectióne muniámur. Per Dóminum nostrum.

Præcedens Oratio dicatur ad Laud. hac die, et sequenti: ad Horas vero diei, et Vesp. dicatur Oratio Dominicalis, si de Tempore agitur.

IN VIGILIA ASCENSIONIS

Ad Laud. Horas diei et Vesp.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut nostræ mentis inténtio, quo solemnitátis venturæ gloriósus Au-

ctor ingréssus est, semper inténdat: et quo fide pergit, conversatióne pervéniat. Per eúmdem Dóminum.

IN DIE ASCENSIONIS.

Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad Cælos ascendísse crédimus; ipsi quoque mente in cæléstibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.

DOM. INFRA OCT. ASCENS.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, fac nos tibi semper et devótam gérere voluntátem, et Majestáti tuæ sincéro corde servíre. Per Dóminum nostrum.

IN VIGILIA PENTECOSTES

Ad Laud. Horas, et Vesp.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut claritátis tuæ super nos splendor effúlgeat; et lux tuæ lucis corda eórum, qui per grátiam tuam renáti sunt, sancti Spíritus illustratióne confírmet. Per Dóminum nostrum: ejúsdem.

IN DIE PENTECOSTES.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spíritu récta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum: ejúsdem.

FERIA II.

Oratio.

DEus, qui Apóstolis tuis sanctum dedísti Spíritum, concéde plebi tuæ piæ petitiónis effectum; ut quibus dedísti fidem, largiáris et pacem. Per Dóminum nostrum: ejúsdem.

FERIA III.

Oratio.

ADsit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spíritus sancti, quæ et corda nostra cleménter expúrget, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum nostrum: ejúsdem.

FERIA IV.

Oratio.

MEntes nostras, quæsumus Dómine, Paraclétus, qui a te procédit, illúminet; et indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem. Qui tecum vivit etc. ejusdem.

FERIA V.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum: ejúsdem.

FERIA VI.

Oratio.

DA, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus, ut Spíritu sancto congregáta, hostíli nullátenus incursióne turbétur. Per Dóminum: ejúsdem.

SABBATO.

Oratio.

MEntibus nostris, quæsumus Dómine, Spíritum sanctum benígnus infúnde: cujus et sapiéntia cónditi sumus, et providéntia gubernámur. Per Dóminum nostrum: ejúsdem.

IN FESTO SS. TRINITATIS.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fidei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre

unitátem: quæsumus, ut ejúsdem fidei firmitáte ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

Oratio.

DEus, qui nobis sub Sacraménto mirábili Passiónis tuæ memóriam reliquísti: tríbue quæsumus, ita nos Córporis, et Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut Redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis, et regnas.

DOM. INFRA OCT. CORP. CHRISTI.

Oratio.

SAncti Nóminis tui, Dómine, timórem páriter, et amórem fac nos habére perpétuum: quia numquam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditáte tuæ dilectiónis instítuis. Per Dóminum nostrum.

DOM. I. POST OCT. TRINIT.

Oratio.

PRotéctor in te sperántium, Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum, multíplica super nos misericórdiam tuam; ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna. Per Dóminum.

DOMINICA II.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur; et Ecclésia tua tranquílla devotióne lætétur. Per Dóminum.

DOMINICA III.

Oratio.

DEus, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti, infúnde córdibus nostris tui amóris afféctum; ut te in ómnibus, et super ómnia diligéntes, promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, consequámur. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA IV.

Oratio.

Deus virtútum, cujus est totum, quod est óptimum, ínsere pectóribus nostris amórem tui Nóminis, et præsta in nobis religiónis augméntum; ut quæ sunt bona, nútrias, ac pietátis stúdio, quæ sunt nutríta, custódias. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

DOMINICA V.

Oratio.

Deus, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur: te súpplices exorámus, ut nóxia cuncta submóveas, et ómnia nobis profutúra concédas. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA VI.

Oratio.

Largíre nobis, quæsumus Dómine, semper spíritum cogitándi, quæ recta sunt, propítius et agéndi; ut qui sine te esse non póssumus, secúndum te vívere valeámus. Per Dóminum.

DOMINICA VII.

Oratio.

Pateant aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium: et ut peténtibus desideráta concédas, fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA VIII.

Oratio.

Deus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime, et miserándo maniféstas: multíplica super nos misericórdiam tuam, ut ad tua promíssa curréntes, cæléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA IX.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ, et mérita súpplicum excédis, et vota, effúnde super nos misericórdiam tuam, ut dimíttas, quæ consciéntia métuit, et adjícias, quod orátio non præsúmit. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA X.

Oratio.

OMnípotens et miséricors Deus, de cujus múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne, et laudabíliter serviátur: tríbue quæsumus nobis, ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Dóminum.

DOMINICA XI.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, da nobis fidei, spei, et charitátis augméntum: et ut mereámur ássequi, quod promíttis, fac nos amáre, quod præcipis. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA XII.

Oratio.

CUstódi, Dómine quæsumus, Ecclésiam tuam propitiatióne perpétua: et quia sine te lábitur humána mortálitas, tuis semper auxíliis et abstrahátur a nóxiis, et ad salutária dirigátur. Per Dóminum.

DOMINICA XIII.

Oratio.

ECclésiam tuam, Dómine, miserátio continuáta mundet, et múniat: et quia sine te non potest salva consístere, tuo semper múnere gubernétur. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA XIV.

Oratio.

TUa nos, quæsumus Dómine, grátia semper et prævéniat, et sequátur: ac bonis opéribus júgiter præstet esse inténtos. Per Dóminum.

DOMINICA XV.

Oratio.

DA, quæsumus Dómine, pópulo tuo diabólica vitáre contágia, et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

FERIA IV. QUATUOR TEMP.

Oratio.

PRæsta quæsumus Dómine, famíliæ tuæ supplicánti, ut dum a cibis corporálibus se ábstinet, a vítiis quoque mente jejúnet. Per Dóminum.

Præcedens Oratio, et duæ sequentes Fer. VI. et Sabbato, dicantur tantum ad Laudes; ad Horas vero diei, et ad Vesp. dicatur Oratio Dominicalis.

FERIA VI. QUATUOR TEMP.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, et córpore tibi placeámus, et mente. Per Dóminum.

SABBATO QUATUOR TEMP.

Oratio.

PRæsta, quæsumus Dómine, sic nos ab épulis abstinére carnálibus, ut a vítiis irruéntibus páriter jejunémus. Per Dóminum.

DOMINICA XVI.

Oratio.

DIrigat corda nostra, quæsumus Dómine, tuæ miseratiónis operátio: quia tibi sine te placére non póssumus. Per Dóminum.

DOMINICA XVII.

Oratio.

OMnípotens, et miséricors Deus, univérsa nobis adversántia propitiátus exclúde: ut mente, et córpore páriter expedíti, quæ tua sunt, líberis méntibus exequámur. Per Dóminum.

DOMINICA XVIII.

Oratio.

LArgíre, quæsumus Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus, et pacem: ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérviant. Per Dóminum.

DOMINICA XIX.

Oratio.

FAmíliam tuam, quæsumus Dómine, contínua pietáte custódi; ut a cunctis adversitátibus, te protegénte, sit líbera, et in bonis áctibus tuo Nómini sit devóta. Per Dóminum.

DOMINICA XX.

Oratio.

DEus refúgium nostrum, et virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus auctor ipse pietátis, et præsta; ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Dóminum nostrum.

DOMINICA XXI.

Oratio.

ABsólve, quæsumus Dómine, tuórum delicta populórum: et a peccatórum nostrórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus, tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

DOMINICA XXII.

Oratio.

EXcita, quæsumus Dómine, tuórum fidélium voluntátes: ut divíni óperis fructum propénsius exequén-

tes, pietátis tuæ remédia majóra percípiant. Per Dóminum nostrum.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

Oratio.

DEus, qui invisibíliter ómnia cóntines, et tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis: templum hoc poténtia tuæ inhabitatiónis illústra, et concéde, ut omnes, qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacúnque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis tuæ benefícia consequántur. Per Dóminum nostrum.

IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLES.

Oratio.

DEus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repræséntas incólumes: exáudi preces pópuli tui, et præsta; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit, et regnat etc.



ORATIONES

SANCTORUM

NOVEMBER.

29. AD MEM.
S. SATURNINI EP. ET MART.



In Laudibus

Oratio.

Deus, qui nos Beáti Saturníni Mártyris tui concédis natalítio pérfrui; ejus nos tríbue méritis adjuvári. Per Dóminum.

29. IN VIGILIA S. ANDREÆ APOST.

Oratio.

QUæsumus omnípotens Deus, ut Beátus Andréas Apóstolus, cujus prævenímus Festivitátem, tuum pro nobis implóret auxílium; ut a nostris reátibus absolúti, a cunctis etiam perículis erúamur. Per Dóm.

Quando Festum propter Dominicam trasfertur, præcedens Oratio dimittatur, et Oratio de die dicatur in primis Vesp.

30. IN DIE S. ANDREÆ APOST.

Oratio.

MAjestátem tuam, Dómine, supplíciter exorámus, ut sicut Ecclésiæ tuæ Beátus Andréas Apóstolus éxtitit prædicátor, et rector, ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum nostrum.

DECEMBER.

2. S. BIBIANÆ VIRG. ET MART.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, Beáta Bibiána Virgo et Martyr implóret; quæ tibi grata semper éxtitit et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

3. S. FRANCISCI XAVERII CONF.

Oratio.

DEus, qui Indiárum Gentes Beáti Francísci prædicatióne, et miráculis Ecclésiæ tuæ aggregáre voluísti; concéde propítius, ut cujus gloriósa mérita venerámur, virtútum quoque imitémur exémpla. Per Dóm.

4. S. BARBARÆ VIRG. ET MART.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster, ut sicut de Beátæ Bárbaræ Vírginis, et Mártyris tuæ festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

6. S. NICOLAI EP. ET CONF.

Oratio.

DEus qui Beátum Nicoláum Pontíficem tuum innúmeris decorásti miráculis; tríbue, quæsumus, ut ejus méritis, et précibus, a gehénnæ incéndiis liberémur. Per Dóminum.

7. IN ORDINAT. S. AMBROSII

Oratio.

DEus mundi Auctor, et Cónditor, qui hódiernæ festivitátis diem Beáti Ambrósii Sacerdótii electióne consecrásti; præsta pópulo tuo, ut cujus ánnua celebritáte devótis resúltat obséquiis, ejus suffrágiis tuæ pietátis consequátur auxílium. Per Dóminum nostrum.

7. IN OCT. S. ANDREÆ

Oratio.

PRótegat nos, Dómine, sæpius Beáti Andréæ Apóstoli tui repetíta solémnitas: ut cujus patrocínia sine intermissióne recólimus, perpétuam defensiónem sentiámus. Per Dóminum.

8. IN CONCEPTIONE B. M. V.

Oratio.

Supplicatiónem servórum tuórum, Deus miserátor, exáudi; ut qui in Conceptióne Dei Genitrícis, et Vírginis congregámur, ejus intercessiónibus a te de instántibus perículis eruámur. Per eúmdem.

10. IN TRANSLATIONE ALMÆ DOMUS LAURETANÆ

Oratio.

DEus, qui Beátæ Maríæ Vírginis Domum per incarnáti Verbi mystérium misericórditer consecrásti, eámque in sinu Ecclésiæ tuæ mirabíliter collocásti; concéde, ut segregáti a tabernáculis peccatórum digni efficiámur habitatóres Domus sanctæ tuæ. Per eúmdem.

11. MEM. S. DAMASI PP. ET CONF.

In Vesperis et in Laudibus.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut Beáti Dámasi Confessóris tui, atque Pontíficis veneránda solémnitas et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum nostrum.

13. S. LUCIÆ VIRG. ET MART.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster, ut sicut de Beátæ Lucíæ Vírginis, et Mártyris tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

16. B. SEBASTIANI MAGGII CONFESS. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Sebastiánum Confessórem tuum reguláris disciplínæ, et evangélicæ perfectiónis singulári studio mirábilem effecísti; concéde propítius, ut ejus imitatióne carne mortificáti, et vivificáti spíritu, ætérna præmia consequámur. Per Dóminum.

18. EXPECTAT. PARTUS B. M. V.

Oratio.

DEus, qui de Beátæ Maríæ Vírginis útero, Verbum tuum Angelo nunciánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis, ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus; ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem.

20. S. DOMINICI SYLENSIS ABBATIS

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam Beáti Domínici Confessóris tui præcláris vitæ méritis decorásti, et in liberándis captívis gloriósis lætificásti miráculis; concéde nobis fámulis tuis, ut et ipsíus instruámur exémplis, et ab omni vitiórum servitúte ejus patrocínio liberémur. Per Dóminum.

21. S. THOMÆ APOSTOLI

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, Beáti Apóstoli tui Thomæ solemnitátibus gloriári; ut ejus semper et patrocíniis sublevémur, et fidem cóngrua devotióne sectémur. Per Dóminum.

26. S. STEPHANI PROTOMART.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus; ut discámus et inimícos dilígere; quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus

exoráre, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum; qui tecum.

Quando prædicta Oratio dicitur ad Memoriam, et sequitur alia Memoria immediate, finiatur sic: exoráre Christum Dóminum nostrum.

27. S. JOANNIS EVANGELISTÆ

Oratio.

ECclésiam tuam, Dómine, benígnus illústra; ut Beáti Joannis Apóstoli tui, et Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum.

28. SS. INNOCENTUM MM.

Oratio.

DEus, cujus hodiérna die præcónium Innocéntes mártyres non loquéndo, sed moriéndo conféssi sunt; ómnia in nobis vitiórum mala mortífica, ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum.

29. S. THOMÆ EP. ET MART.

Oratio.

DEus, pro cujus Ecclésia gloriósus Póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit: præsta quæsumus, ut omnes, qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum. Per Dóminum.

31. S. SYLVESTRI PP. ET CONF.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut Beáti Sylvéstri Confessóris tui, atque Pontíficis veneránda solémnitas et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum nostrum.

JANUARIUS.

AD MEM. B. MARIÆ VIRG.

Oratio.

DEus, qui salútis ætérnæ Beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præstitísti: tríbue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus Auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum.

10. B. GUNDISALVI CONF. O. P.

Oratio.

DEus, qui Beáti Gundisálvi Confessóris tui mentem sancti Nóminis tui amóre mirabíliter inflammásti; concéde quæsumus, ut illíus vestígiis inhæréntes, semper te cogitémus, quæque tibi grata sunt inflammáto stúdio faciámus. Qui vivis.

14. S. HILARII EPISC. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis Beátum Hilárium minístrum tribuísti, præsta quæsumus, ut quem doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

15. SS. NOMINIS JESU

Oratio.

DEus, qui unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, et Jesum vocári jussísti; concéde propítius, ut cujus sanctum Nomen venerámur in terris, ejus quoque aspéctu perfruámur in cælis. ~~Per eúmdem Dóminum nostrum.~~ Qui tecum

15. MEM. S. MAURI ABBATIS

In Vesp. et Laud.

Oratio.

INtercéssio nos quæsumus Dómine, Beáti Mauri Abbátis comméndet; ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

16. B. STEPHANÆ DE QUINZANIS VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátam Stéphanam Vírginem tuam Crucifixi amóre succénsam, ejúsdem Passiónis consórtem mirabíliter effecísti, præsta quæsumus, ut ejus intercessióne, et exémplo, imágini Fílii tui confórmes fieri mereámur. ~~Per eúmdem Dóminum.~~ Qui tecum vivit.

16. MEM. S. MARCELLI PP. ET MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

PReces pópuli tui, quæsumus Dómine, cleménter exáudi: ut Beáti Marcélli Mártyris tui, atque Pontíficis méritis adjuvémur, cujus passióne lætámur. Per Dóminum nostrum.

17. S. ANTONII ABBATIS.

Oratio.

INtercéssio nos, quæsumus Dómine, Beáti Antónii Abbátis comméndet, ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

18. IN CATHEDRA ROMANA S. PETRI APOSTOLI.

Oratio.

DEus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligándi, atque solvéndi Pontíficium tradidísti; concéde, ut intercessiónis ejus auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis et regnas.

18. MEM. S. PRISCÆ VIRG. ET MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beátæ Priscæ vírginis, et mártyris tuæ natalítia cólimus, et ánnua solemnitáte lætémur, et tantæ fidei proficiámus exémplo. Per Dóminum nostrum.

19. B. ANDREÆ A PISCARIA CONF. O. P.

Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui beátum Andréam Confessórem tuum Apostólico spíritu decorásti, fac nos ejus imitatióne ita verbo, et exémplo proficere, ut úberem fructum inde reférre valeámus. Qui vivis.

19. MEM. S. FELICIS PRESB. ET MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut ad meliórem vitam Sanctórum tuórum exémpla nos próvocent; quátenus quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

20. SS. FABIANI ET SEBASTIANI MARTYRUM.

Oratio.

DEus, qui Beátos Mártyres tuos Fabiánum, atque Sebastiánum, virtúte constántiæ in passione roborásti; ex eórum nobis imitatióne tríbue, pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum nostrum.

21. S. AGNETIS VIRG. ET MART.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas, concéde propítius, ut qui Beátæ Agnétis vírginis, et mártyris tuæ

solémnia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

22. S. VINCENTII MARTYRIS.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, Beáti Vincéntii mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum nostrum.

23. S. RAYMUNDI CONF. O. P.

Oratio.

DEus, qui Beátum Raymúndum pœniténtiæ Sacraménti insígnem minístrum elegísti, et per maris undas mirabíliter traduxísti; concéde, ut ejus intercessióne dignos pœniténtiæ fructus fácere, et ad ætérnæ salútis portum perveníre valeámus. Per Dóminum.

23. MEM. S. EMERENTIANÆ VIRG. ET. MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, Beáta Emerentiána Virgo, et Martyr implóret, quæ tibi grata semper éxtitit et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

24. B. MARCOLINI FOROLIVIENSIS CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, cui humílium, et mansuetórum semper plácuit deprecátio, fac nos Beáti Marcolíni précibus, et exémplis ita proficere, ut vere mites, et húmiles corde effécti, facílius tua dona capiámus. Per Dóminum nostrum.

24. MEM. S. TIMOTHEI EP. ET MART.

In Vesp. et in Laud.

Oratio.

LÆtétur Ecclésia tua, Deus, Beáti Timóthei Mártyris tui, atque Pontíficis confísa suffrágiis; atque ejus précibus gloriósis, et devóta permáneat, et secúra consístat. Per Dóminum nostrum.

25. CONVERS. S. PAULI APOST.

Oratio.

DEus, qui univérsum mundum Beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti; da nobis quæsumus, ut qui ejus hódie Conversiónem cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

FERIA III.

post Dominicam Septuagesimæ

ORATIONIS D. N. J. C. IN MONTE OLIVETI.

Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui in horto verbo, et exémplo nos oráre docuísti ad tentatiónum perícula superánda, concéde propítius, ut nos oratióni semper inténti, ejus copiósum fructum cónsequi mereámur. Qui vivis.

26. B. MARGARITÆ AB HUNGARIA VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus fidélium remunerátor animárum, qui Beátæ Margarítæ Vírginis renunciatiónem perféctam, et mortificatiónem assíduam donis spirituálibus, et gaudiis ætérnis decorásti; fac nos ejus intercessióne, et exémplo carnis vitia contérere, et terréna despícere, ut vitam assequámur ætérnam. Per Dóminum.

26. MEM. S. POLYCARPI EP. ET MART.

In Vesp. et in Laud.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beáti Polycárpi mártyris tui, atque Pontíficis solémnia cólimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

27. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI EPISC. ET CONF.

Oratio.

ECclésiam tuam, quæsumus Dómine, grátia cæléstis amplíficet, quam Beáti Joánnis Chrysóstomi Confessóris tui, atque Pontíficis illustráre voluísti gloriósis méritis, et doctrínis. Per Dóminum nostrum.

27. MEM. S. JULIANI EP. ET CONF.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

EXáudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in Beáti Juliáni Confessóris tui, atque Pontíficis solemnitáte deférimus, ut qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólvas peccátis. Per Dóminum nostrum.

28. TRANSLAT. S. THOMÆ AQUIN. O. P.

Oratio ut in Festo 7. Martii.

28. MEM. S. AGNETIS SECUNDO

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua Beátæ Agnétis Vírginis, et Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas; da, ut quam venerámur officio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum nostrum.

29. S. FRANCISCI SALESII EPISC. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui ad animárum salútem Beátum Franciscum Confessórem tuum, atque Pontíficem, ómnibus ómnia factum esse voluísti: concéde propítius, ut charitátis tuæ dulcédine perfúsi, ejus dirigéntibus mónitis, ac suffragántibus méritis, ætérna gáudia consequámur. Per Dóminum nostrum.

29. MEM. S. PAULI PRIMI EREMITÆ

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DEus, qui nos Beáti Pauli Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas, concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Dóminum nostrum.

30. S. MARTINÆ VIRG. ET MART.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti; concéde propítius, ut qui Beátæ Martínæ Vírginis, et Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

31. S. PETRI NOLASCO CONFESS.

Oratio.

DEus, qui in tuæ charitátis exémplum ad Fidélium redemptiónem sanctum Petrum Ecclésiam tuam nova prole fœcundáre divínitus docuísti: ipsíus nobis intercessióne concéde a peccáti servitúte solútis, in cælésti pátria perpétua libertáte gaudére. Qui vivis et regnas.

FEBRUARIUS.

1. S. IGNATII EP. ET MART.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beáti Ignátii mártyris tui, atque Pontíficis solémnia cólimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

FERIA III.

post Dominicam Sexagesimæ

IN COMMEM. DOMIN. PASSIONIS.

Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecísti, concéde propítius, ut sicut solémnem commemoratiónem Passiónis ejus celebrámus, ita patiéntiæ ipsíus habére documénta, et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúmdem.

2. IN PURIFICATIONE B. M. V.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus, ut sicut unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus, ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári. Per eúmdem Dóminum nostrum.

3. S. BLASII EP. ET MART.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut qui beáti Blásii Mártyris tui, atque Pontíficis solémnia cólimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

FERIA V.
ante Dominicam Quinquages.
IN COMM. S. CATHARINÆ SENEN. VIRG. ORD. PRÆD.
Oratio ut in Festo 30. Aprilis.

4. S. ANDREÆ CORSINI EPISC. ET CONF.
Oratio.

DEus, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras exémpla virtútum, da pópulo tuo Beáti Andréæ Confessóris tui, atque Pontíficis ita sequi vestígia, ut assequátur et præmia. Per Dóminum nostrum.

5. S. AGATHÆ VIRG. ET MART.
Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti: concéde propítius, ut qui Beátæ Agáthæ Vírginis, et Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

6. S. DOROTHEÆ VIRG. ET MART.
Oratio.

DEus, qui nos ánnua Beátæ Doróttheæ vírginis, et mártyris tuæ solemnitáte lætíficas; da, ut quam venerámur officio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

6. MEM. SS. VEDASTI, ET AMANDI CC.
In Vesp. et in Laud.
Oratio.

DEus, qui nos sanctórum Confessórum Vedásti, et Amándi confessiónibus gloriósis circúmdas, et prótegis; da nobis eórum imitatióne profícere, et intercessióne gaudére. Per Dóminum.

7. S. ROMUALDI ABBATIS

Oratio.

INtercéssio nos, quæsumus Dómine, Beáti Romuáldi Abbátis comméndet; ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

8. S. JOANNIS DE MATHA CONF.

Oratio.

DEus, qui per Sanctum Joánnem Ordinem Sanctíssimæ Trinitátis ad rediméndum de potestáte Saracenórum captívos cælitus institúere dignátus es; præsta quæsumus, ut ejus suffragántibus méritis, a captivitáte córporis, et ánimæ, te adjuvánte, liberémur. Per Dóminum.

9. B. BERNARDI SCAMMACCA CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Bernárdum a sæculi vítiis revocátum in viam perfectiónis traduxísti, ejus méritis, et précibus concéde, ut nos peccáta nostra defléntes, ad te puris méntibus convertámur. Per Dóminum nostrum.

9. MEM. S. APOLLONIÆ VIRG. ET M.

In Vesp. et in Laud.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua Beátæ Apollóniæ vírginis, et mártyris tuæ solemnitáte lætíficas; da, ut quam venerámur officio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

10. S. SCHOLASTICÆ VIRG.

Oratio.

DEus, qui ánimam Beátæ Vírginis tuæ Scholásticæ, ad ostendéndam innocéntiæ viam, in colúmbæ spécie cælum penetráre fecísti; da nobis ejus méritis,

et précibus ita innocénter vívere, ut ad ætérna mereámur gáudia perveníre. Per Dóminum.

11. IN DESPONSATIONE B. M. V.

Oratio.

SUpplicatiónem servórum tuórum, Deus miserátor, exáudi; ut qui in Desponsatióne Dei Genitrícis, et Vírginis congregámur, ejus intercessiónibus a te de instántibus perículis eruámur. Per Dóminum.

11. MEMORIA S. JOSEPH SPONSI B. M. V.

In utrisque Vesp. et Laudib.

Oratio.

Beáti Patriárchæ Joseph Sanctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur; ut quod possibílitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessióne donétur. Qui vivis.

13. S. CATHARINÆ DE RICCIIS VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui Beátam Catharínam Vírginem tui amóre succénsam Passiónis contemplatióne claréscere voluísti, ejus intercessióne concéde, ut Passiónis mystéria devóte recoléntes, ejus fructum percípere mereámur. Qui vivis et regnas.

14. B. NICOLAI PALEA CONF. O. P.

Oratio.

Spíritum nobis Beáti Nicolái Confessóris, tui Deus, benígnus infúnde, ut sicut illum in prædicatióne verbi tui, ac in procuránda proximórum salúte singulári grátia decorásti; ipsíus précibus fácias nos in eádem vocatióne sancta fírmiter permanére. Per Dóminum nostrum.

15. B. JORDANI DE SAXONIA CONF. O. P.

Oratio.

DEus, qui salútis animárum zelo, et ampliándæ Religiónis grátia Beátum Jordánum mirábilem effecísti, ejus intercedéntibus méritis, fac nos in eódem semper spíritu vívere, ac repósitam in cælis glóriam inveníre. Per Dóminum.

16. B. GREGORII X. PP. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam Beáti Gregórii Confessóris, atque Pontíficis religiónis zelo, et Apostólicis curis amplificásti, ejus méritis, et intercessióne concéde, ut fidei, et sanctitátis nova semper increménta suscípiat. Per Dóminum.

FERIA VI.

post Dominicam primam Quadrag.

DE LANCEA, ET CLAVIS D. N. J. C.

Oratio.

DEus, qui in assúmpta carnis infirmitáte Clavis affigi, et Láncea vulnerári pro mundi salúte voluísti; concéde propítius, ut qui eorúmdem Clavórum, et Lánceæ solémnia venerámur in terris, de glorióso victóriæ tuæ triúmpho gratulémur in cælis. Qui vivis.

19. B. ALVARI CORDUB. CONF. O. P.

Oratio.

DEus, qui Beátum Alvarum Confessórem tuum charitátis, et pœniténtiæ donis insígniter decorásti; da ut ejus intercessióne, et exémplo semper Christi mortificatiónem in córpore, et tui amórem in corde gerámus. Per eúmdem.

21. S. VALENTINI MARTYRIS.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beáti Valentíni mártyris tui natalítia cólimus, a cunctis

malis imminéntibus ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum nostrum.

22. IN CATHEDRA ANTHIOCHENA S. PETRI APOSTOLI.

Oratio.

DEus, qui Beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligándi, atque solvéndi Pontificium tradidísti; concéde, ut intercessiónis ejus auxílio a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis.

23. S. PETRI DAMIANI EPISC. CONFESS. ET ECCL. DOCT.

Oratio.

COncéde nos quæsumus, omnípotens Deus, Beáti Petri Confessóris tui, atque Pontíficis mónita, et exémpla sectári, ut per terréstrium rerum contémptum ætérna gáudia consequámur. Per Dóminum.

24. S. MATTHIÆ APOSTOLI.

Oratio.

DEus, qui Beátum Matthíam Apostolórum tuórum collégio sociásti, tríbue quæsumus, ut ejus interventióne tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

25. B. CONSTANTII A FABRIANO CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Constántium Confessórem tuum assíduæ oratiónis, et promovéndæ pacis stúdio in pópulis gloriósum effecísti; ejus nobis intercessióne concéde, ut per justítiæ sémitas júgiter incedéntes pacem, et glóriam assequámur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

FERIA VI.

post Dominicam secundam Quadrag.

SANCTISSIMÆ SINDONIS.

Oratio.

DEus, qui nobis in sancta Síndone, qua corpus tuum sacratíssimum e cruce depósitum a Joseph involútum fuit, passiónis tuæ vestígia reliquísti; concéde propítius, ut per mortem, et sepultúram tuam ad resurrectiónis glóriam perducámur. Qui vivis.

28. B. VILLANÆ DE BOTTIS VIDUÆ ORD. PRAÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátam Villánam fámulam tuam a mundi illécebris revocátam per omnes pœniténtiæ, et humilitátis sémitas transíre fecísti; illius intercessióne concéde, ut reátus nostri conféssio indulgéntiam tuam váleat inveníre. Per Dóminum.

MARTIUS

1. S. ALBINI EPISC. ET CONF.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut Beáti Albini Confessóris tui, atque Pontíficis veneránda solémnitas et devotiónem nobis aúgeat, et salútem. Per Dóminum nostrum.

2. B. HENRICI SUSONIS CONF. O. P.

Oratio.

DEus, qui Beátum Henrícum Confessórem tuum córporis mortificatióne, et charitáte mirábilem effecísti; concéde, ut Christum Crucifixum ópere in nobis exprímere, et corde dílígere valeámus. Per eúmdem Dóminum.

4. S. CASIMIRI CONFESSORIS.

Oratio.

DEus, qui inter regáles delícias, et mundi illécebras, sanctum Casimírum virtúte constántiæ roborásti; quæsumus, ut ejus intercessióne fidéles tui terréna despíciant, et ad cæléstia semper aspírent. Per Dóminum.

FERIA VI.

post Dominicam tertiam Quadrag.

DE SS. QUINQUE VULNERIBUS D. N. J. C.

Oratio.

DEus, qui unigéniti Filii tui passióne, et per quinque vúlnera ejus Sánguinis effusióne humánam natúram peccáto pérditam reparásti; tríbue nobis, quæsumus, ut qui ab eo suscépta vúlnera venerámur in terris, ejúsdem pretiosíssimi Sánguinis fructum cónsequi mereámur in cælis. Per eúmdem Dóminum.

6. B. JORDANI A PISIS CONF. O. P.

Oratio.

DEus, qui Beátum Jordánum Confessórem tuum evangélicæ prædicatiónis dignum minístrum effecísti, ex ejus nobis imitatióne tríbue, operári quæ præcipis, ut ætérnæ salútis fructum cónsequi valeámus. Per Dóminum.

7. S. THOMÆ DE AQUINO O. P.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam Beáti Thomæ Confessóris tui, atque Doctóris mira eruditióne claríficas, et sancta operatióne fœcúndas; da nobis quæsumus, et quæ dócuit intelléctu conspícere, et quæ egit imitatióne complére. Per Dóminum.

8. S. JOANNIS DE DEO CONF.

Oratio.

DEus, qui Beátum Joánnem tuo amóre succénsum inter flammas innóxium incédere fecísti, et per

eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti; præsta ipsíus suffragántibus méritis, ut igne charitátis tuæ vítia nostra curéntur, et remédia nobis ætérna provéniant. Per Dóminum nostrum.

9. S. FRANCISCÆ VIDUÆ ROM.

Oratio.

DEus, qui Beátam Francíscam fámulam tuam, inter cétera grátiæ tuæ dona familiári Angeli consuetúdine decorásti; concéde quæsumus, ut intercessiónis ejus auxílio, Angelórum consórtium cónsequi mereámur. Per Dóminum nostrum.

10. B. PETRI DE JEREMIA CONFESS. O. P.

Oratio.

DEus, qui Beáti Petri Confessóris tui précibus, et hortaméntis errántes in viam justítiæ misericórditer redíre fecísti; diláta quæsumus illíus intercessióne corda nostra, ut sémitam mandatórum tuórum semper currámus. Per Dóminum.

FERIA VI.

post Dominicam quartam Quadrag.

DE PRETIOSISSIMO SANGUINE D. N. J. C.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Unigénitum Fílium tuum Mundi Redemptórem constituísti, ac ejus sánguine placári voluísti, concéde, quæsumus, salútis nostræ prétium solémni cultu ita venerári, atque a præséntis vitæ malis ejus virtúte defendi in terris, ut fructu perpétuo lætémur in cælis. ~~Qui tecum vivit et re~~gnat. Per eumdem Dominum

12. S. GREGORII PP. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui nos Beáti Gregórii Confessóris tui, atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas; concéde propítius, ut cujus ópere, atque doctrína Scriptúræ tuæ

mystéria multa cognóvimus, ejus apud te semper patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

17. S. PATRITII EP. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui ad prædicándam géntibus glóriam tuam Beátum Patrítium Confessórem, atque Pontíficem míttere dignátus es; ejus méritis, et intercessióne concéde, ut quæ nobis agénda præcipis, te miseránte, adimplére possímus. Per Dóminum nostrum.

FERIA VI.

post Dominicam in Passione.

IN COMPASSIONE B. M. V.

Oratio.

INterveniat pro nobis, quæsumus Dómine, apud tuam sanctíssimam cleméntiam nunc, et in hora mortis nostræ piíssima Virgo María Mater tua, cujus sacratíssimam ánimam in hora benedíctæ Passiónis tuæ dolóris gládius pertransívit, et in gloriósa Resurrectióne tua ingens gáudium lætificávit. Qui vivis.

19. S. JOSEPH SPONSI B. M. V.

Oratio.

BEáti Patriárchæ Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur, ut quod possibílitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur. Qui vivis, et regnas, etc.

21. S. BENEDICTI ABBATIS.

Oratio.

INtercéssio nos, quæsumus Dómine, Beáti Benedícti Abbátis comméndet; ut quod nostris méritis non valémus ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

22. B. AMBROSII SANSEDONII CONF. O. P.

Oratio.

ECclésiam tuam, Deus, Beáti Ambrósii Confessóris tui solémnitas votíva lætíficet, ut spirituálibus

semper muniátur auxíliis, et gáudiis pérfrui mereátur ætérnis. Per Dóminum.

24. S. GABRIELIS ARCHANGELI

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, cui Angelórum míllia minístrant; præsta quæsumus, ut qui Beátum Gabriélem Archángelum humánæ restauratiónis præcípuum Minístrum venerámur in terris, ejusdem suffrágiis fructum nostræ redemptiónis consequámur in cælis. Per Dóminum.

25. IN ANNUNCIAT. DOMINICA

Oratio.

DEus, qui de Beátæ Maríæ Vírginis útero verbum tuum, Angelo nunciánte, carnem suscípere voluísti; præsta supplícibus tuis, ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem.

APRILIS.

2. S. FRANCISCI DE PAULA CONF.

Oratio.

DEus, humílium celsitúdo, qui Beátum Francíscum Confessórem Sanctórum tuórum glória sublimásti, tríbue quæsumus, ut ejus méritis, et imitatióne, promíssa humílibus præmia felíciter consequámur. Per Dóminum nostrum.

3. IN IMPRESS. STIGMAT. S. CATHARINÆ SENEN. ORD. PRÆD.

Oratio ut in Festo 30. hujus mensis. pag. 235.

4. S. AMBROSII EP. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis Beátum Ambrósium minístrum tribuísti; præsta quæsumus,

ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

5. S. VINCENTII FERRERII CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui géntium multitúdinem, mira Beáti Vincéntii Confessóris tui prædicatióne ad agnitiónem tui Nóminis veníre tribuísti; præsta quæsumus, ut quem ventúrum Júdicem nunciávit in terris, Præmiatórem habére mereámur in cælis Dóminum nostrum Jesum.

10. B. ANTONII NEYROT MART. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Antónium ad lucem veritátis tuæ misericórditer revocátum, exímium Mártyrem effecísti; præsta, ut ejus intercessióne simus semper in fide stábiles, et in opere efficáces. Per Dóminum.

11. S. LEONIS MAGNI PAPÆ CONF. ET ECCL. DOCTORIS.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis Beátum Leónem minístrum tribuísti; præsta quæsumus, ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

13. B. MARGARITÆ DE CASTELLO VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátam Margarítam Vírginem lumínibus orbam nasci voluísti, ut intus illumináto cordis óculo te solum assídue contemplarétur; esto lumen oculórum nostrórum, quo mundi hujus ténebris carére valeámus, et perveniámus ad pátriam claritátis ætérnæ. Per Dóminum nostrum.

14. B. PETRI GONZALEZ CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui in maris perículis constitútis Beáti Petri opem singulárem osténdis, ejus nobis intercessióne concéde, ut in hujus vitæ procéllis tuæ grátiæ lumen semper affúlgeat, quo ætérnæ salútis portum inveníre valeámus. Per Dóminum nostrum.

15. S. HERMENEGILDI MART.

Oratio.

DEus, qui Beátum Hermenegíldum mártyrem tuum cælésti regno terrénum postpónere docuísti; da quæsumus nobis ejus exémplo cadúca despícere, atque ætérna sectári. Per Dóminum nostrum.

16. SS. TIBURTII, VALERIANI, ET MAXIMI MART.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui sanctórum mártyrum tuórum Tibúrtii, Valeriáni, et Máximi solémnia cólimus, eórum étiam virtútes imitémur. Per Dóminum.

17. B. CLARÆ GAMBACURTÆ VID. O. P.

Oratio.

TRíbue nobis, misericors Deus, spíritum oratiónis, et pœniténtiæ, ut Beátæ Claræ vestígiis inhæréntes mereámur, quam ipsa in cælis accépit, corónam obtínere. Per Dóminum.

20. S. AGNETIS DE MONTE POLITIANO VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátam Agnétem vírginem tuam cælésti rore sæpe perfúndere, et oratiónis ejus loca divérsis enátis flóribus decoráre dignátus es; concéde propítius, ut ejus précibus, perpétuo tuæ benedictió-

nis rore conspérsi, æternitátis fructus percípere mereámur. Per Dóminum.

23. S. GEORGII MARTYRIS.

Oratio.

DEus, qui nos Beáti Geórgii mártyris tui méritis, et intercessióne lætíficas; concéde propítius, ut qui tua per eum beneficia póscimus, dono tuæ grátiæ consequámur. Per Dóminum.

23. MEM. S. ADALBERTI EP. ET MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

INfirmitátem nostram, quæsumus omnípotens Deus, réspice; et quia pondus própriæ actiónis gravat, Beáti Adalbérti mártyris tui, atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum.

24. S. MARCI EVANGELISTÆ.

Oratio.

DEus, qui Beátum Marcum Evangelístam tuum Evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti; tríbue quæsumus, ejus nos semper et eruditióne proficere, et oratióne defendi. Per Dóminum nostrum.

28. PATROCINII S. JOSEPH CONF. SPONSI BEATÆ MARIÆ VIRG.

Oratio.

DEus, qui ineffábili providéntia Beátum Joseph Sanctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsum elígere dignátus es; præsta quæsumus, ut quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Qui vivis.

28. MEM. S. VITALIS MARTYRIS.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut intercedénte Beáto Vitále mártyre tuo, et a cunctis ad-

versitátibus liberémur in córpore, et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum.

29. S. PETRI MARTYRIS. O. P.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut Beáti Petri Mártyris tui fidem cóngrua devotióne sectémur, qui pro ejúsdem fidei dilatatióne martyrii palmam méruit obtinére. Per Dóminum nostrum.

30. S. CATHARINÆ SENEN. VIRG. O. P.

Oratio.

DEus, qui Beátæ Catharínæ virginitátis, et patiéntiæ speciáli privilégio decorátæ, malignántium spírituum certámina víncere, et in amóre tui Nóminis inconcússe permanére tribuísti; concéde quæsumus, ut ejus imitatióne calcáta mundi nequítia, et ómnium hóstium superátis insídiis, ad tuam secúre glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum.

MAJUS.

1. SS. PHILIPPI, ET JACOBI APOST.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua Apostolórum tuórum Philíppi, et Jacóbi solemnitáte lætíficas; præsta quæsumus, ut quorum gaudémus méritis instruámur exémplis. Per Dóminum nostrum.

2. S. ATHANASII EPISC. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuó ætérnæ salútis Beátum Athanásium minístrum tribuísti; præsta quæsumus, ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

3. IN INVENTIONE S. CRUCIS.

Oratio.

DEus, qui in præclára salutíferæ Crucis Inventióne Passiónis tuæ mirácula suscitásti; concéde, ut vitális Ligni prétio ætérnæ vitæ suffrágia consequámur. Qui vivis, et regnas.

3. MEM. SS. ALEXANDRI, EVENTII, ET THEODULI MART.

In Laud. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Alexándri, Evéntii, et Theóduli natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus eórum intercesssiónibus liberémur. Per Dóminum.

4. S. MONICÆ VIDUÆ.

Oratio.

DEus mœréntium consolátor, et in te sperántium salus, qui Beátæ Mónicæ pias lácrymas in conversióne filii sui Augustíni misericórditer suscepísti; da nobis, utriúsque intervéntu, peccáta nostra deploráre, et grátiæ tuæ indulgéntiam inveníre. Per Dóminum.

5. S. PII V. PAPÆ, ET CONF. O. P.

Oratio.

DEus, qui ad conteréndos Ecclésiæ tuæ hostes, et ad divínum cultum reparándum Beátum Pium Pontíficem Máximum elígere dignátus es; fac nos ipsíus deféndi præsídiis, et ita tuis inhærére obséquiis, ut ómnium hóstium superátis insídiis, perpétua pace lætémur. Per Dóminum.

6. S. JOANNIS ANTE PORT. LAT.

Oratio.

DEus, qui cónspicis, quia nos úndique mala nostra pertúrbant; præsta quæsumus, ut Beáti Joánnis Apóstoli tui, et Evangelístæ intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

7. CORONÆ DOMINI.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui in memóriam Passiónis Dómini nostri Jesu Christi Corónam ejus spíneam venerámur in terris, ab ipso glória, et honóre coronári mereámur in cælis. Qui tecum vivit.

8. IN APPARITIONE S. MICHAELIS ARCHANGELI

Oratio.

DEus, qui miro órdine Angelórum ministéria, hominúmque dispénsas; concéde propítius, ut a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum.

9. S. GREGORII NAZIANZENI EPISC. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis Beátum Gregórium minístrum tribuísti; præsta quæsumus, ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

10. S. ANTONINI ARCHIEP. ET CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

SAncti Antoníni, Domine, Confessóris tui, atque Pontíficis méritis adjuvémur, ut sicut te in illo mirábilem prædicámus, ita in nos misericórdem fuísse gloriémur. Per Dóminum.

10. MEM. SS. GORDIANI ET EPIMACHI MM.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beatórum Mártyrum tuórum Gordiáni, atque Epímachi so-

lémnia cólimus, eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

11. S. STANISLAI EP. ET MART.

Oratio.

DEus, pro cujus honóre gloriósus Póntifex Stanisláus gládiis impiórum occúbuit; præsta quæsumus, ut omnes, qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum. Per Dóminum.

12. B. JOANNÆ LUSITANÆ VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui inter regáles delícias, et mundi illécebras Beátam Joánnam Vírginem tuam virtúte constántiæ roborásti; quæsumus, ut ejus intercessióne fidéles tui terréna despíciant, et ad cæléstia semper aspírent. Per Dóminum.

12. MEM. SS. NEREI, ACHILLEI, ET PANCRATII MM.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

SEmper nos, Dómine, Mártyrum tuórum Nérei, Achillei, atque Pancrátii fóveat, quæsumus, beáta solémnitas, et tuo dignos reddat obséquio. Per Dóminum.

13. B. ALBERTI A BERGOMO CONF. TERTII ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui in húmili vitæ génere Beátum Albértum Confessórem tuum exímia sanctitáte claréscere voluísti; fac nos ita ejus sectári vestígia, ut ássequi mereámur et præmia. Per Dóminum.

14. B. ÆGIDII CONF. O. P.

Oratio.

MIsericórdiam tuam, Deus, súpplices implorámus, ut sicut, ea præveniénte, Beátum Ægídium in

viam justítiæ, et sanctitátis redíre fecísti; ita nos e servitúte, ac morte peccati in perféctam tránsferas libertátem, et vitam. Per Dóminum.

15. IN CONVERSIONE S. AUGUSTINI EP. CONF. ET DOCT. ECCL.

Oratio.

DEus, qui ineffábili providéntia Beátum Augustínum ab errórum ténebris ad lucem Evangélicæ veritátis adduxísti; da nobis quæsumus, ut qui ejus hódie Conversiónem cólimus, ejúsdem ad te précibus actus nostros in mélius reformémus. Per Dóminum.

16. S. JOANNIS NEPOMUCENI MART.

Oratio.

DEus, qui ob invíctum beáti Joánnis sacramentále siléntium, nova Ecclésiam tuam martyrii coróna decorásti; da nobis ejus intercessióne, et exémplo linguam caute costodíre, ac ómnia pótius mala, quam ánimæ detriméntum in hoc século toleráre. Per Dóminum nostrum.

18. S. VENANTII MARTYRIS

Oratio.

DEus, qui hunc diem Beáti Venántii Mártyris tui triúmpho cosecrásti, exáudi preces pópuli tui, et præsta, ut qui ejus mérita venerámur, fidei constántiam imitémur. Per Dóminum.

19. S. PETRI CÆLESTINI PP. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui Beátum Petrum Cælestínum ad summi Pontificátus ápicem sublimásti, quique illum humilitáti postpónere docuísti; concéde propítius, ut ejus exémplo cuncta mundi despícere, et ad promíssa humílibus præmia perveníre felíciter mereámur. Per Dóminum nostrum.

19. MEM. S. PUDENTIANÆ VIRG.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster, ut sicut de Beátæ Pudentiánæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

20. B. COLUMBÆ VIRG. O. P.

Oratio.

DEus, qui Beátam Colúmbam Vírginem tuam puritáte, et innocéntia cándidam supérnis fulgóribus illustráre dignátus es; concéde quæsumus, ut ejus intercessióne puris tibi méntibus serviéntes in terris, splendóre glóriæ tuæ pérfrui mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

21. S. BERNARDINI SENEN. CONF.

Oratio.

DOmine Jesu, qui Beáto Bernardíno Confessóri tuo exímium sancti Nóminis tui amórem tribuísti; ejus quæsumus méritis, et intercessióne spíritum nobis tuæ dilectiónis benígnus infúnde. Qui vivis.

22. S. SERVATII EP. ET CONF.

Oratio.

EXáudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in Beáti Servátii Confessóris tui, atque Pontíficis solemnitáte deférimus, ut qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólvas peccátis. Per Dóminum.

24. IN TRANSLAT. S. DOMINICI P. N.

Oratio ut in Festo die 4. Augusti.

25. S. MARIÆ MAGDALENÆ DE PAZZIS VIRG.

Oratio.

DEus, Virginitátis amátor, qui Beátam Maríam Magdalénam Vírginem tuo amóre succénsam, cælé-

stibus donis decorásti; da, ut quam festíva celebritáte venerámur, puritáte, et charitáte imitémur. Per Dóminum nostrum.

25. MEM. S. URBANI PAPÆ ET MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beáti Urbáni Mártyris tui, atque Pontíficis solémnia cólimus; ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

26. S. PHILIPPI NERII CONF.

Oratio.

DEus, qui Beátum Philíppum Confessórem tuum sanctórum tuórum glória sublimásti; concéde propítius, ut cujus solemnitáte lætámur, ejus virtútum proficiámus exémplo. Per Dóminum nostrum.

28. B. MARIÆ BARTHOLOMÆÆ DE BAGNESIIS VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

Amátor animárum Deus, qui in Beáta María Bartholomæa Vírgine tua miram ægritúdinum tolerántiam pari cum innocéntia sociásti, concéde, ut qui ex mérito nostræ actiónis afflígimur, tuæ grátiæ consolatióne respirémus. Per Dóminum.

31. B. JACOBI SALOMONII CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui nos Beáti Jacóbi Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas, concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Dóminum nostrum.

31. MEM. S. PETRONILLÆ VIRG.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster, ut sicut de Beátæ Petronillæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

JUNIUS.

1. S. ANGELÆ MERICIÆ VIRG.

Oratio.

DEus, qui novum per Beátam Angelam sacrárum vírginum collégium in Ecclésia tua floréscere voluísti, da nobis ejus intercessióne angélicis móribus vívere, ut terrénis ómnibus abdicátis, gáudiis pérfrui mereámur ætérnis. Per Dóminum.

2. BB. SADOC, ET SOCIORUM MART. ORD. PRÆD.

Oratio.

OSténdat te nobis, Dómine Jesu, post hoc exílium clemens, et pia Virgo María Mater tua, quam Beáti Sadócus, et Socii inter hostíles infidélium ímpetus incessánti voce salutántes, præoptátam martyrii palmam a te recípere meruérunt. Qui vivis.

2. MEM. SS. MARCELLINI, ET PETRI MART.

In Vesperis, et Laudibus.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua Beatórum Mártyrum tuórum Marcellíni, et Petri solemnitáte lætíficas; præsta quæsumus, ut quorum gaudémus méritis, provocémur exémplis. Per Dóminum.

FERIA VI.
post Octavam SS. Corporis Christi
SS. CORDIS JESU.
Oratio.

FAc nos, Dómine Jesu, sanctissimi Cordis tui virtútibus índui, et affěctibus inflammári, ut et imágini bonitátis tuæ confórmes, et tuæ Redemptiónis mereámur esse partícipes. Qui vivis.

4. IN TRANSLAT. S. PETRI MART. O. P.
Oratio ut in ejus Festo 29. Aprilis.

5. S. FRANCISCI CARACCIOLO CONF.
Oratio.

DEus, qui Beátum Franciscum novi Ordinis Institutórem orándi stúdio, et pœniténtiæ amóre decorásti; da fámulis tuis in ejus imitatióne ita profícere, ut semper orántes, et corpus in servitútem redigéntes ad cæléstem glóriam perveníre mereámur. Per Dóminum.

6. S. NORBERTI EPISC. ET CONF.
Oratio.

DEus, qui Beátum Norbértum Confessórem tuum, atque Pontíficem verbi tui præcónem exímium effecísti, et per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti: præsta quæsumus, ut ejúsdem suffragántibus méritis, quod ore, simul et ópere dócuit, te adjuvánte exercére valeámus. Per Dóminum.

8. S. MEDARDI EPISC. ET CONF.
Oratio.

EXáudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Medárdi Confessóris tui, atque Pontíficis solemnitáte deférimus, ut qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólvas peccátis. Per Dóminum.

9. SS. PRIMI, ET FELICIANI MART.

Oratio.

FAc nos, quæsumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Primi, et Feliciáni semper festa sectári; et eórum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentíre. Per Dóminum nostrum.

10. B. JOANNIS DOMINICI EP. ET CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus largítor charitátis, qui Beátum Joánnem Confessórem, atque Pontíficem in conservánda Ecclésiæ unitáte, instaurandáque reguläri disciplína virtúte roborásti; per ipsíus intercessiónem tríbue nobis idípsum sentíre, et fácere in Christo Jesu Dómino nostro. Qui tecum.

11. S. BARNABÆ APOSTOLI.

Oratio.

QUæsumus omnípotens Deus, ut Beátus Bárnabas Apóstolus tuum pro nobis implóret auxílium, ut a nostris reátibus absolúti, a cunctis étiam perículis eruámur. Per Dóminum.

12. SS. BASILIDIS, CYRINI, NABORIS, ET NAZARII MART.

Oratio.

SAnctórum Mártyrum tuórum Basílidis, Cyríni, Náboris, et Nazárii, quæsumus Dómine, natalítia nobis votíva resplendeant: et quod illis cóntulit excelléntia sempitérna, frúctibus nostræ devotiónis accréscat. Per Dóminum nostrum.

13. S. ANTONII DE PADUA CONF.

Oratio.

ECclésiam tuam, Deus, Beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votíva lætíficet, ut spirituálibus sem-

per muniátur auxíliis, et gáudiis pérfrui mereátur ætérnis. Per Dóminum.

14. S. BASILII EPISC. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis Beátum Basílium minístrum tribuísti; præsta quæsumus, ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

15. SS. VITI, MODESTI, ET CRESCENTIÆ MARTYRUM.

Oratio.

DA Ecclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, sanctis Martyribus tuis Vito, Modésto, atque Crescéntia intercedéntibus, supérbe non sápere, sed tibi plácita humilitáte profícere; ut prava despíciens, quæcúmque recta sunt líbera exérceat charitáte. Per Dóminum.

16. S. MARTIALIS EP. ET CONF.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Beátum Martiálem Confessórem tuum, atque Pontíficem Ecclésiæ tuæ sanctæ præésse voluísti; quæsumus, ut ejus suffragántibus méritis, pietátis tuæ grátiam largiáris. Per Dóminum nostrum.

16. MEM. SS. QUIRICI, ET JULITTÆ MARTYRUM.

In Laudibus. Oratio.

DEus, qui nos concédis sanctórum mártyrum tuórum Quírici, et Julíttæ natalítia cólere, da nobis in ætérna Beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum.

18. B. OSANNÆ VIRG. O. P.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster, ut sicut de Beátæ Osánnæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita

piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

19. SS. GERVASII ET PROTASII MM.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Gervásii, et Protásii solemnitáte lætíficas; concéde propítius, ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

20. SS. MARCI ET MARCELLIANI MARTYRUM.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui sanctórum mártyrum tuórum Marci, et Marcelliáni natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

22. SS. DECEM MILLIUM MM.

Oratio.

DEus, qui ad imitándum Passiónis tuæ exémplum, decem míllia mártyrum Crucis patíbulum subíre fecísti; concéde propítius, ut qui passiónem eórum venerámur in terris, Passiónis tuæ remédia cónsequi mereámur in cælis. Qui vivis.

23. IN VIGILIA S. JOANNIS BAPTISTÆ

In Vesperis. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut família tua per viam salútis incédat, et Beáti Joánnis Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum, quem prædíxit, secúra pervéniat Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

24. NATIVIT. S. JOANNIS BAPTISTÆ

Oratio.

DEus, qui præséntem diem honorábilem nobis in Beáti Joánnis Nativitáte fecísti; da pópulis tuis

spirituálium grátiam gaudiórum, et ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum.

26. SS. JOANNIS ET PAULI MM.

Oratio.

QUæsumus omnípotens Deus, ut nos gemináta lætítia hodiérnæ festivitátis excípiat, quæ de Beatórum Mártyrum Joánnis, et Pauli glorificatióne procédit, quos éadem fides, et passio vere fecit esse germános. Per Dóminum.

28. MEM. S. LEONIS PAPÆ ET CONF.

In Laudibus. Oratio.

DEus, qui Beátum Leónem Pontíficem tuum sanctórum tuórum méritis coæquásti; concéde propítius, ut qui commemoratiónis ejus festa percólimus, vitæ quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

28. IN VIGIL. SS. APOST. PETRI, ET PAULI

In Vesperis. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut nullis nos permíttas perturbatiónibus cóncuti, quos in Apostólicæ confessiónis petra solidásti. Per Dóminum.

29. IN DIE SS. APOST. PETRI ET PAULI

Oratio.

DEus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri, et Pauli martyrio consecrásti; da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

30. IN COMM. S. PAULI APOST.

Oratio.

DEus, qui multitúdinem géntium Beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti; da nobis, quæsumus, ut cujus natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

MEMORIA S. PETRI

In Laudibus. Oratio.

Deus, qui Beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cæléstis, ligándi, atque solvéndi Pontificium tradidísti; concéde, ut intercessiónis ejus auxílio a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis, et regnas.

Ad Vesperas, et deinceps per octav. Oratio. Deus, qui hodiérnam diem etc. ut supra.

JULIUS.

2. IN VISITATIONE B. M. V.

Oratio.

Omnípotens, et miséricors Deus, majestátem tuam supplíciter exorámus, ut sicut Unigénitum tuum per Visitatiónem, et salutatiónem Genitrícis ejus púero cláuso in utero revelásti, ita méritis ejúsdem Genitrícis, et précibus, ipsum nos fácias reveláta fácie perpétuo contemplári. Qui tecum.

3. MEM. SS. PROCESSI ET MARTINIANI MARTYRUM

In Laudibus. Oratio.

Deus, qui nos sanctórum mártyrum tuórum Procéssi, et Martiniáni Confessiónibus gloriósis circúmdas, et prótegis; da nobis et eórum imitatióne profícere, et intercessióne gaudére. Per Dóminum.

6. IN OCT. APOST. PETRI, ET PAULI

Oratio.

Deus, cujus déxtera Beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne mergerétur, eréxit, et Coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem de profúndo pé-

lagi liberávit, exáudi nos propítius, et concéde, ut ambórum méritis æternitátis glóriam consequámur. Qui vivis, et regnas.

7. B. BENEDICTI XI. PAPÆ ET CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui beátum Benedíctum Pontíficem tuum benedictiónis tuæ grátia sublevásti ad cælum; pópulum tuum, quæsumus, nova benedictióne grátiæ tuæ sanctífica; et a cunctis malis imminéntibus ejus méritis et précibus tua nos virtúte defénde. Per Dóminum.

9. BB. MART. GORCOMIENSIUM.

Oratio.

DEus, qui Beatórum Mártyrum Joánnis, et sociórum ejus gloriósum pro Fide tua certámen æternitátis láurea decorásti; concéde propítius, ut eórum méritis, et imitatióne certántes in terris, cum ipsis coronári mereámur in cælis. Per Dóminum.

10. SS. SEPTEM FRATRUM MM.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

11. S. PROCOPII ABBATIS

Oratio.

INtercéssio nos, quæsumus Dómine, Beáti Procópii Abbátis comméndet, ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

12. S. JOANNIS GUALBERTI ABB.

Oratio.

INtercéssio nos, quæsumus Dómine, Beáti Joánnis Abbátis comméndet; ut quod nostris me-

ritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

13. B. JACOBI A VORAGINE EP. ET CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Jacóbum Confessórem, atque Pontíficem exímium veritátis præcónem, et pacis conciliatórem effecísti; ejus nobis intercessióne concéde, ut pacem, et veritátem diligámus, et ad te, in quo pax summa est, et pura véritas, perveniámus. Per Dóminum.

14. S. BONAVENTURÆ EP. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis Beátum Bonaventúram minístrum tribuísti; præsta quæsumus, ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

15. S. HENRICI IMP. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die Beátum Henrícum Confessórem tuum e terréni cúlmine impérii ad regnum ætérnum transtulísti, te súpplices exóramus, ut sicut illum, gratiæ tuæ ubertáte prævéntum, illécebras séculi superáre fecísti; ita nos fácias ejus imitatióne mundi hujus blandiménta vitáre, et ad te puris méntibus perveníre. Per Dóminum.

16. B. CESLAI CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Cesláum, virgíneo morum candóre præditum, et salútis animárum zelo succénsum, in divérsis natiónum pópulis óperum sanctitáte, et Fídei propagatióne mirábilem effecísti; præsta quæsumus, ut ejus intercessióne simus semper in fide stábiles, et ad Te, qui solus es ætérnæ salútis Auctor,

ac Largítor, misericórdiæ tuæ múnere perveníre valeámus. Per Dóminum.

17. S. ALEXII CONFESSORIS

Oratio.

DEus, qui Beáto Aléxio Confessóri tuo tribuísti, ut et nova mundum arte delúderet, et de hoste humáni géneris mirabíliter triumpháret; concéde propítius, ut ejus semper muniámur auxíliis, cujus salutíferis erudímur exémplis. Per Dóminum.

18. IN COMM. B. M. V. DE MONTE CARMELO.

Oratio.

DEus, qui Beatíssimæ semper Vírginis, et Genitrícis tuæ Maríæ singulári título Carméli Ordinem decorásti; concéde propítius, ut cujus hódie Commemoratiónem solémni celebrámus officio, ejus muníti præsídiis, ad gáudia sempitérna perveníre mereámur. Qui tecum vivit.

19. S. VINCENTII A PAULO CONF.

Oratio.

DEus, qui ad evangelizándum paupéribus, et Ecclesiástici Ordinis decórem promovéndum Beátum Vincéntium Apostólica virtúte roborásti; præsta quæsumus, ut cujus pia mérita venerámur, virtútum quoque instruámur exémplis. Per Dóminum.

20. S. MARGARITÆ VIRG. ET. MART.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, Beáta Margaríta virgo, et martyr implóret, quæ tibi grata semper éxtitit et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

21. S. HIERONYMI ÆMILIANI CONF.

Oratio.

DEus misericordiárum Pater, per mérita, et intercessiónem beáti Hierónymi, quem Orphanis adjutórem et patrem esse voluísti; concéde, ut spíritum adoptiónis, quo filii tui nominámur, et sumus, fidéliter custodiámus. Per Dóminum.

21. MEM. S. PRAXEDIS VIRGINIS.

In Vesp. et Laud. Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster, ut sicut de Beátæ Praxédis vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

22. S. MARIÆ MAGDALENÆ.

Oratio.

LArgíre nobis, clementíssime Pater, ut sicut Beáta María Magdaléna Dóminum nostrum Jesum Christum super ómnia diligéndo, suórum obtínuit véniam peccatórum, ita nobis apud misericórdiam tuam sempitérnam ímpetret beatitúdinem. Per eúmdem Dóminum nostrum.

23. B. JOANNÆ, VULGO VANNÆ VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátæ Joánnæ vírginis tuæ puritátem exímiam, et férvidam charitátem donis cæléstibus cumulásti; fac nos, ~~quæsumus,~~ ita ejus æmulári virtútes, ut castitáte vitæ, ac puris semper tibi placeámus afféctibus. Per Dóminum.

23. MEM. S. LIBORII EP. ET CONF.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut Beáti Libórii Confessóris tui, atque Pontíficis veneránda solé-

mnitas, et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum nostrum.

23. MEM. S. APOLLINARIS EP. ET MART.

In Laudibus.

Oratio.

DEus, qui nos Beáti Apollináris Mártyris tui, atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas, concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

24. S. CAMILLI DE LELLIS CONF.

Oratio.

DEus, qui beátum Camíllum ad animárum in extrémo agóne luctántium subsídium singulári charitátis prærogatíva decorásti; ejus quæsumus méritis spíritum nobis tuæ dilectiónis infúnde, ut in hora éxitus nostri hostem víncere, et ad cæléstem mereámur corónam perveníre. Per Dóminum: ejúsdem.

24. MEM. S. CHRISTINÆ VIRG. ET MART.

In Laudibus.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, Beáta Christína Virgo, et Martyr implóret, quæ tibi grata semper éxtitit et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

25. S. JACOBI APOSTOLI.

Oratio.

ESto, Dómine, plebi tuæ sanctificátor, et custos, ut Apóstoli tui Jacóbi muníta præsídiis, et conversatióne tibi pláceat, et secúra mente desérviat. Per Dóminum nostrum.

25. MEMOR. SS. CHRISTOPHORI ET CUCUPHATIS MART.

In Laudibus.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui gloriósos Mártyres tuos Christóphorum, et Cucupháten fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

26. S. ANNÆ MATRIS B. M. V.

Oratio.

DEus, qui Beátam Annam Genitrícis tuæ Matrem ad cæléstis vitæ gáudia extulísti; fac nos, quæsumus, gloriósis ejus méritis ad ætérnam pertíngere beatitúdinem, ex cujus salutári puerpério pro salúte mundi humánam natúram assúmere dignátus es. Qui vivis et regnas etc.

28. B. ANTONII AB ECCLESIA CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Antónium Confessórem tuum divíno amóre inflammásti, accénde, quæsumus, eo intercedénte, in córdibus nostris ignem tuæ charitátis, ut te diligéntes in terris, gáudiis ætérnis perfruámur in cælis. Per Dóminum.

28. MEM. SS. NAZARII, CELSI, ET PANTALEONIS MM.

In Laudibus.

Oratio.

DEus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Nazárii, Celsi, et Pantaleónis natalítia cólere; da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

29. S. MARTHÆ VIRGINIS.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster, ut sicut de Beátæ Marthæ vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

29. MEM. SS. FELICIS, SIMPLICII, FAUSTINI, ET BEATRICIS MM.

In Laudibus.

Oratio.

PRæsta, quæsumus Dómine, ut sicut pópulus Christiánus mártyrum tuórum Felícis, Simplícii, Faustíni, et Beatrícis temporáli solemnitáte congáudet, ita perfruátur ætérna, et quod votis célebrat, comprehéndat effétu. Per Dóminum.

30. S. MANNIS CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Mannem Confessórem tuum dispositióne mirábili in viam perfectiónis traduxísti, eádem misericórdiæ tuæ gratia dirige actus nostros, ut possímus quærere quod jubes, et ássequi quod promíttis. Per Dóminum.

30. MEM. SS. ABDON ET SENNEN MM.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DEus, qui sanctis tuis Abdon, et Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósum munus grátiæ contulísti; da fámulis tuis suórum véniam peccatórum, ut Sanctórum tuórum intercedéntibus méritis, ab ómnibus mereántur adversitátibus liberári. Per Dóminum.

31. S. IGNATII CONFESSORIS.

Oratio.

DEus, qui ad majórem tui Nóminis glóriam propagándam, novo per Beátum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti; concéde, ut ejus auxí-

lio, et imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cælis. Qui vivis etc.

31. MEM. S. GERMANI EP. ET CONF.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

EXáudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in Beáti Germáni Confessóris tui, atque Pontíficis solemnitáte deférimus, ut qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólvas peccátis. Per Dóminum.

AUGUSTUS.

1. S. PETRI AD VINCULA.

Oratio.

DEus, qui Beátum Petrum Apóstolum a vínculis absolútum, illæsum abíre fecísti; nostrórum, quæsumus, absólve víncula peccatórum, et ómnia mala a nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum.

1. MEM. SS. MACHABÆORUM MART.

In Laudibus.

Oratio.

FRatérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet, quæ et Fídei nostræ præbeat increménta virtútum, et multíplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum nostrum.

2. B. JOANNÆ DE AZA MATRIS S. P. N. DOMINICI.

Oratio.

DEus, qui Beátæ Joánnæ fámulæ tuæ grátiam supérnæ vocatiónis filii sui Domínici mirabíliter ostendísti; quæsumus, ut ipsam, præmonstratúmque filium imitántes, pio utriúsque intervéntu ætérna præmia consequámur. Per Dóminum.

2. MEM. S. STEPHANI PP. ET MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DEus, qui nos Beáti Stéphani Mártyris tui, atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas; concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

3. IN INVENT. CORPORIS S. STEPHANI PROTOMARTYRIS.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos dilígere, quia ejus córporis inventiónem celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

4. S. DOMINICI CONFESSORIS PATR. NOSTRI.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam Beáti Domínici Confessóris tui, Patris nostri, illumináre dignátus es méritis, et doctrínis; concéde, ut ejus intercessióne temporálibus non destituátur auxíliis, et spirituálibus semper profíciat increméntis. Per Dóminum.

5. S. MARIÆ AD NIVES.

Oratio.

SUpplicatiónem servórum tuórum, Deus miserátor, exáudi, ut qui in solemnitáte Dei Genitrícis, et Vírginis congregámur, ejus intercessiónibus a te de instántibus perículis eruámur. Per eúmdem Dóminum.

6. IN TRANSFIGURAT. DOMINI.

Oratio.

DEus, qui Fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne Patrum testimónio roborásti, et adoptiónem filiórum perféctam, voce delápsa

in nube lúcida, mirabíliter præsignásti; concéde propítius, ut ipsíus Regis glóriæ nos cohærédes efficias, et ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúmdem Dóminum nostrum.

6. MEM. SS. XYSTI, FELICISSIMI, ET AGAPITI MM.

In Laudibus.

Oratio.

DEus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Xysti, Felicíssimi, et Agápiti natalítia cólere; da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

7. S. CAJETANI CONFESSORIS.

Oratio.

DEus, qui Beáto Cajetáno Confessóri tuo Apostólicam vivéndi formam imitári tribuísti; da nobis ejus intercessióne, et exémplo in te semper confídere, et sola cæléstia desideráre. Per Dóminum.

7. MEM. S. DONATI EPISC. ET MART.

In Laudibus.

Oratio.

DEus tuórum glória Sacerdótum, præsta quæsumus, ut sancti mártyris tui, et Epíscopi Donáti, cujus festa gérimus, sentiámus auxílium. Per Dóminum.

8. B. AUGUSTINI LUCERINI EPISC. ET CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiæ tuæ in Beáto Augustíno Confessóre tuo, atque Pontífice boni Pastóris exémplum providére dignátus es; concéde propítius, ut ejus intercessióne in loco páscuæ tuæ perpétuo collocári mereámur. Per Dóminum.

8. MEMOR. SS. CYRIACI, LARGI, ET SMARAGDI MM.

In Laudibus.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua Beatórum mártyrum tuórum Cyríaci, Largi, et Smarágdi solemnitáte lætíficas; concéde propítius, ut quorum natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum.

9. B. JOANNIS DE SALERNO CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui in fidei increméntum Beátum Joánnem Confessórem verbi tui præcónem exímium effecísti, ejus nobis intercessióne largíre, ut quod corde crédimus ad justítiam, ore ad salútem confiteámur. Per Dóminum nostrum.

9. IN VIGILIA S. LAURENTII MART.

In Vesperis.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, et intercessióne Beáti Lauréntii mártyris tui perpétuam nobis misericórdiam benígnus impénde. Per Dóminum nostrum.

10. IN DIE S. LAURENTII MART.

Oratio.

DA nobis, quæsumus omnípotens Deus, vitiórum nostrórum flammas extínguere, qui Beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum.

11. MEM. S. TIBURTII MART.

In Vesperis et Laud.

Oratio.

BEáti Tibúrtii nos, Dómine, fóveant continuáta præsídia, quia non désinis propítius intuéri, quos

tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

12. S. CLARÆ VIRGINIS.

Oratio.

FAmulos tuos, quæsumus Dómine, Beátæ Vírginis tuæ Claræ votíva natalítia recenséntes, cæléstium gaudiórum sua fácias interventióne partícipes, et tui Unigéniti cohærédes. Qui tecum.

13. SS. HIPPOLYTI ET SOC. MM.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut Beáti Hippólyti mártyris tui, Sociorúmque ejus veneránda solémnitas et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum.

14. S. EMYGDII EPISC. ET MART.

Oratio.

DEus, qui Beátum Emygdium mártyrem tuum, atque Pontíficem idolórum victória, et miraculórum glória decorásti; concéde propítius, ut eo interveniénte, malórum spirítuum fraudes víncere, et coruscáre virtútibus mereámur. Per Dóminum.

14. MEM. S. EUSEBII CONFESS.

In Laudibus.

Oratio.

DEus, qui nos Beáti Eusébii Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas; concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

14. IN VIG. ASSUMPTIONIS B. M. V.

In Vesperis.

Oratio.

DEus, qui virginálem aulam Beátæ Maríæ, in qua habitáres, elígere dignátus es; da quæsumus, ut sua nos defensióne munítos, jucúndos fácias suæ interésse festivitáti. Qui vivis.

15. IN ASSUMPTIONE B. M. V.

Oratio.

VEneránda nobis, Dómine, hujus diéi festívitas opem cónferat salutárem, in qua sancta Dei Génitrix mortem súbiit temporálem, nec tamen mortis néxibus déprimi pótuit, quæ Fílium tuum Dóminum nostrum de se génuit incarnátum. Qui tecum etc.

Quando hæc Oratio dicitur ad Mem. et sequitur alia Mem. terminatur sic: incarnátum, Qui tecum vivit, et regnat. Per ómnia sécula seculórum.

16. S. HYACINTHI CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Hyacínthum Confessórem tuum in divérsis natiónum pópulis óperum sanctitáte, et miraculórum glória fecísti conspícuum; da nobis, ut ejus in mélius reformémur exémplis, et in advérsis protegámur auxíliis. Per Dóminum.

Dominica infra octav. Assumpt. B. Mariæ Virg.

S. JOACHIM CONF. ET PATRIS B. M. V.

Oratio.

DEus, qui præ ómnibus Sanctis tuis beátum Jóachim Genitrícis Fílii tui patrem esse voluísti; concéde quæsumus, ut cujus festa venerámur, ejus quoque perpétuo patrocínia sentiámus. Per eúmdem Dóminum nostrum.

17. B. ÆMILIÆ BICCHIERI VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátæ Æmíliæ Vírgini tuæ terréna cuncta despícere, et te solum quærere tribuísti; ejus méritis, et intercessióne concéde, ut spretis peritúris illécebris, te toto corde diligámus. Per Dóminum.

18. S. ROCHI CONFESS.

Oratio.

POpulum tuum, quæsumus Dómine, contínua pietáte custódi, et Beáti Rochi suffragántibus méritis ab omni fac animæ, et córporis contagióne secúrum. Per Dóminum.

19. S. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO EPISC. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui per Beátum Alphónsum Maríam confessórem tuum, atque Pontíficem animárum zelo succénsum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti, quæsumus, ut ejus salutáribus mónitis edócti, et exémplis roboráti ad Te perveníre felíciter valeámus. Per Dóminum nostrum.

20. S. BERNARDI CONF. ET ECCL. DOCT.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis Beátum Bernárdum minístrum tribuísti; præsta quæsumus, ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

21. S. JOANNÆ FRANCISCÆ FREMIOT DE CHANTAL VID.

Oratio.

OMnípotens, et miséricors Deus, qui Beátam Joánnam Franciscam tuo amore succénsam admirábili spíritus fortitúdine per omnes vitæ sémitas in via perfectiónis donásti, quique per illam illustráre Ecclésiam tuam nova prole voluísti; ejus méritis, et précibus concéde, ut qui infirmitátis nostræ cónscii de tua virtúte confídimus, cæléstis grátiæ auxílio cuncta nobis adversántia vincámus. Per Dóminum.

22. MEM. SS. TIMOTHEI ET SYMPHORIANI MM.

In Laudibus.

Oratio.

AUxilium tuum nobis, Dómine quæsumus, placátus impénde, et intercedéntibus beátis martyribus tuis Timótheo, et Symphoriáno déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

23. B. JACOBI DE MEVANIA CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui prodigiósa tui Sánguinis aspersióne dignátus es Beátum Jacóbum Confessórem secúra ætérnæ salútis fidúcia roboráre; diláta super nos éadem víscera misericórdiæ tuæ, ut Redemptiónis nostræ imbúti signáculo, inter oves dépxteræ tuæ perpétuo computémur. Qui vivis etc.

24. S. BARTHOLOMÆI APOST.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui hujus diéi venerándam, sanctámque lætítiam in Beáti Apóstoli tui Bartholomæi festivitáte tribuísti; da Ecclésiæ tuæ, quæsumus, et amáre quod crédidit, et prædicáre quod dócuit. Per Dóminum.

25. S. LUDOVICI REGIS, ET CONF.

Oratio.

DEus, qui Beátum Ludovícum Confessórem tuum de terréno regno ad cæléstis Regni glóriam transtulísti; ejus quæsumus méritis, et intercessióne Regis regum Jesu Christi Filii tui fácias nos esse consórtes. Per eúmdem. Qui tecum

26. S. PHILIPPI BENITII CONF.

Oratio.

DEus, qui per Beátum Philíppum Confessórem tuum exímium nobis humilitátis exémplum tribuísti; da fámulis tuis próspera mundi ex ejus imitatióne despícere, et cæléstia semper inquírere. Per Dóminum nostrum.

27. S. JOSEPHI CALASANCTII CONF.

Oratio.

DEus, qui per Sanctum Joséphum Confessórem tuum ad erudiéndam spíritu intelligéntiæ, ac pietátis juventútem, novum Ecclésiæ tuæ subsídium providére dignátus es, præsta quæsumus, nos ejus exémplo, et intercessióne ita fácere et docére, ut præmia consequámur ætérna. Per Dóminum.

27. MEM. S. RUFI EP. ET MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, Beáti Rufi Mártyris tui, atque Pontíficis intercessióne liberémur. Per Dóminum.

28. S. AUGUSTINI EP. CONF. ET ECCL. DOCT.

Oratio.

ADésto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus, et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges, intercedénte Beáto Augustíno Confessóre tuo, atque Pontífice, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

29. DECOLLAT. S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Oratio.

SAncti Joánnis Baptístæ Præcursóris, et Mártyris tui, quæsumus Dómine, veneránda festívitas, salutáris auxílii nobis præstet efféctum. Qui vivis.

29. MEM. S. SABINÆ MARTYRIS.

In Laudibus.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti; concéde propítius, ut qui Beátæ Sabínæ Mártyris tuæ natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

30. S. ROSÆ VIRGINIS LIMANÆ ORD. PRÆD.

Oratio.

BOnórum ómnium largítor omnípotens Deus, qui Beátam Rosam cæléstis grátiæ rore prævéntam virginitátis, et patiéntiæ decóre Indis floréscere voluísti; da nobis fámulis tuis, ut in odórem suavitátis ejus curréntes, Christi bonus odor éffici mereámur. ~~Per eúmdem Dóminum.~~ Qui tecum

30. MEM. SS. FELICIS ET ADAUCTI MM.

In Laudibus.

Oratio.

MAjestátem tuam, Dómine, supplíciter exorámus ut sicut nos júgiter Sanctórum tuórum commemoratióne lætíficas, ita semper supplicatióne deféndas. Per Dóminum.

31. S. RAYMUNDI NONNATI CONF.

Oratio.

DEus, qui in liberándis Fidélibus tuis ab impiórum captivitáte Beátum Raymúndum Confessórem tuum mirábilem effecísti; ejus nobis intercessióne concéde, ut a peccatórum vínculis absolúti, quæ tibi sunt plácita líberis méntibus exequámur. Per Dóminum.

SEPTEMBER.

1. S. PHILUMENÆ VIRG. ET MART.

Oratio.

DEus, qui inter cetera poténtiæ tuæ mirácula etiam in sexu fragili victóriam martyrii contulísti; concéde propítius, ut qui Beátæ Philuménæ Vírginis, et Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

1. MEM. S. ÆGIDII ABBATIS.

In Laud. et Vesp.

Oratio.

INtercéssio nos, quæsumus Dómine, Beáti Ægídii Abbátis comméndet, ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

2. S. STEPHANI REGIS ET CONF.

Oratio.

COncéde, quæsumus, Ecclésiæ tuæ omnípotens Deus, ut Beátum Stéphanum Confessórem tuum, quem regnántem in terris propagatórem hábuit, propugnatórem habére mereátur gloriósum in cælis. Per Dóminum nostrum.

5. B. CATHARINÆ DE RACONIXIO VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

SPes nostra, Dómine, qui Beátæ Catharínæ cor te ipso plenum cæléstium donórum abundántia decorásti, tantæ Vírginis intercessióne concéde, ut totus nobis figátur in corde, qui totus pro nobis fixus fuit in cruce Dóminus noster Jesus Christus filius tuus, qui tecum vivit.

7. S. ROSÆ DE VITERBIO VIRG.

Oratio.

DEus, qui Beátam Rosam Vírginum collégio aggregáre dignátus es; tríbue nobis, quæsumus, ut ejus précibus, et méritis a culpis ómnibus expiémur, et tuæ Majestátis consórtio perfruámur ætérno. Per Dóminum nostrum.

7. MEMOR. S. MARCELLI MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beáti Marcélli Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui Nóminis amóre roborémur. Per Dóminum nostrum.

8. IN NATIVITATE B. MARIÆ V.

Oratio.

SUpplicatiónem servórum tuórum, Deus miserátor, exáudi, ut qui in Nativitáte Dei Genitrícis, et Vírginis congregámur, ejus intercessiónibus a te de instántibus perículis eruámur. Per eúmdem Dóminum.

Dominica infra oct. Nativit. B. Mariæ Virg.

IN FESTO SS. NOMINIS MARIÆ.

Oratio.

DEus, qui gloriósam Matrem tuam nominári Maríam voluísti; concéde quæsumus, ut qui dulce Maríæ Nomen implórant, perpétuum séntiant suæ benedictiónis auxílium. Qui vivis.

9. MEM. S. GORGONII MART.

In Laudibus.

Oratio.

SAnctus Martyr tuus Gorgónius sua nos, Dómine, intercessióne lætíficet, et pia fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum.

10. S. NICOLAI DE TOLENTINO CONF.

Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut Ecclésia tua, quæ Beáti Nicolái Confessóris tui virtútum, et miraculórum glória corúscat, ejus intercessióne et méritis, perpétua pace, atque unitáte lætétur. Per Dóminum.

11. MEM. SS. PROTHI ET HYACINTHI MM.

In Laudibus.

Oratio.

BEatórum mártyrum tuórum Prothi, et Hyacínthi nos, Dómine, fóveat pretiósa conféssio, et pia júgiter intercéssio tueátur. Per Dóminum.

14. IN EXALTAT. S. CRUCIS.

Oratio.

DEus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnua solemnitáte lætíficas; præsta quæsumus, ut cujus mystérium in terra cognóvimus, ejus Redemptiónis in cælo præmia consequámur. Per Dóminum.

15. IN COMMEM. S. DOMINICI PATRIS NOSTRI IN SURIANO.

Oratio ut in Festo die 4. Augusti. pag. 257.

15. MEM. S. NICOMEDIS MART.

In Laudibus.

Oratio.

ADésto, Dómine, pópulo tuo, ut Beáti Nicomédis mártyris tui mérita præclára suscípiens, ad impetrándam misericórdiam tuam semper ejus patrocíniis adjuvétur. Per Dóminum.

16. B. IMELDÆ VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui Beátam vírginem Iméldam ignito charitátis amóre sauciátam, et immaculáta hostia mirabíliter reféctam in cælum suscepísti; fac nos ejus intercessióne eódem charitátis fervóre ad sacram Mensam accédere, ut appetámus dissólvi, et esse tecum mereámur. Qui vivis.

16. MEM. S. EUPHEMIÆ VIRG. ET MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas; concéde propítius, ut qui Beátæ Euphémiæ vírginis, et mártyris tuæ solémnia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

17. IN IMPRESSIONE STIGMATUM S. FRANCISCI.

Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui frigescénte mundo, ad inflammánda corda nostra tui amóris igne in carne Beáti Francísci Passiónis tuæ sacra Stígmata renovásti; concéde propítius, ut ejus méritis, et précibus crucem júgiter ferámus, et dignos fructus pœniténtiæ faciámus. Qui vivis, et regnas etc.

17. MEM. S. LAMBERTI EP. ET MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beáti Lambérti mártyris tui, atque Pontíficis solémnia cólimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

18. SS. CORNELII, ET CYPRIANI MART.

Oratio.

INfirmitátem nostram, quæsumus Dómine, propítius réspice, et mala ómnia, quæ juste merémur, sanctórum mártyrum tuórum, atque Pontíficum Cornélii, et Cypriáni intercessióne avérte. Per Dóminum.

19. SS. JANUARII ET SOC. MM.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum mártyrum tuórum Januárii, et sociórum ejus solemnitáte lætíficas; concéde propítius, ut quórum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

20. B. FRANCISCI DE POSSADAS CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Francíscum Confessórem tuum supérnæ charitátis dulcédine perfúsum, verbi tui præcónem exímium effecísti; ejus intercessióne concéde, ut igne tui amóris incénsi in tua dilectióne semper vivámus. Per Dóminum.

20. IN VIGILIA S. MATTHÆI APOST. ET EVANGELISTÆ.

Ad Vesperas.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut Beáti Matthæi Apóstoli tui, et Evangelístæ, quam prævenímus, veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum.

21. IN DIE S. MATTHÆI APOST.

Oratio.

BEáti Apóstoli, et Evangelístæ Matthæi, Dómine, précibus adjuvémur, ut quod possibílitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur. Per Dóminum nostrum.

22. SS. MAURITII ET SOCIOR. MM.

Oratio.

ANnue, quæsumus omnípotens Deus, ut sanctórum mártyrum tuórum Maurítii, Exupérii, Cándidi, Vitális, Innocéntii ac sociórum eorúmdem nos lætíficet festíva solémnitas, ut quorum suffrágiis nítimur, eórum natalítiis gloriémur. Per Dóminum.

23. S. THECLÆ VIRG. ET MART.

Oratio.

DEus, pro cujus Nóminis glória magnum certámen passiónum Beáta Thecla virgo, et martyr tua, feminárum prima, invícta fide sustínuit; da nobis ejúsdem fidei imitatióne próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

24. B. DALMATII MONERII CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui húmilem fámulum tuum Dalmâtium multis signis, atque virtútibus decorásti, ac mirabíliter in tuo amóre, spretis temporálibus, inflammásti; tríbue nobis quæsumus, ut ejus intercessióne a terrénis afféctibus expedíti, et a cunctis adversitátibus liheráti, sola cæléstia appetámus. Per Dóminum.

25. S. THOMÆ DE VILLANOVA EPISC. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui Beátum Thomam Pontíficem insígnis in páuperes misericórdiæ virtúte decorásti; quæsumus, ut ejus intercessióne in omnes, qui te deprecántur, divítias misericórdiæ tuæ benígnus effúndas. Per Dóminum nostrum.

26. B. MARIÆ VIRG. DE MERCEDE.

Oratio.

DEus, qui per gloriosíssimam Fílii tui Matrem ad liberándos Christi fidéles a potestáte Paganórum nova Ecclésiam tuam prole amplificáre dignátus es; præsta quæsumus, ut quam pie venerámur tanti óperis Institutrícem, ejus páriter méritis, et intercessióne a peccátis ómnibus, et captivitáte dæmonis liberémur. Per eúmdem Dóminum.

27. SS. COSMÆ, ET DAMIANI MM.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui sanctórum mártyrum tuórum Cosmæ, et Damiáni natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

28. S. JOSEPHI A CUPERTINO CONF.

Oratio.

DEus, qui ad Unigénitum Fílium tuum exaltátum a terra ómnia tráhere disposuísti; pérfice propítius, ut méritis, et exémplo Seráphici Confessóris tui Joséphi supra terrénas omnes cupiditátes eleváti ad Eum perveníre mereámur. Qui tecum.

28. MEM. S. WENCESLAI MARTYRIS.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DEus, qui Beátum Wencesláum per martyrii palmam a terréno Principátu ad cæléstem glóriam transtulísti; ejus précibus nos ab omni adversitáte custódi, et ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum nostrum.

29. S. MICHAELIS ARCHANGELI

Oratio.

DEus, qui miro órdine Angelórum ministéria, hominúmque dispénsas; concéde propítius, ut a qui-

bus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum.

30. S. HIERONYMI PRESB. CONF. ET DOCT. ECCL.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiæ tuæ in exponéndis sacris Scriptúris Beátum Hierónymum Confessórem tuum, Doctórem máximum providére dignátus es; præsta quæsumus, ut ejus suffragántibus méritis, quod ore simul, et ópere dócuit, te adjuvánte, exercére valeámus. Per Dóminum nostrum.

OCTOBER.

1. SS. EUSTACHII ET SOC. MM.

Oratio.

DEus, qui nos concédis Sanctórum Mártyrum tuórum Eustáchii, et Sociórum ejus natalítia cólere; da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

1. MEM. S. REMIGII EP. ET CONF.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut Beáti Remígii Confessóris tui, atque Pontíficis veneránda solémnitas et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum nostrum.

2. SS. ANGELORUM CUSTODUM.

Oratio.

DEus, qui ineffábili providéntia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiam míttere dignáris; lar-

gire supplícibus tuis et eórum semper protectióne deféndi, et ætérna societáte gaudére. Per Dóminum.

3. B. JOANNIS MASSIAS CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Joánnem Confessórem grátiæ tuæ ubertáte prævéntum in húmili vitæ génere morum candóre floréscere voluísti; da nobis quæsumus ita ejus vestígia pérsequi, ut ad te puris méntibus perveníre mereámur. Per Dóminum.

Dominica I. Octobris.

SS. ROSARII B. MARIÆ VIRG.

Oratio.

DEus, cujus Unigénitus per vitam, mortem, et resurrectiónem suam nobis salútis ætérnæ præmia comparávit, concéde quæsumus, ut hæc mystéria Sanctíssimo Rosário Beátæ Maríæ Vírginis recoléntes, imitémur quod cóntinent, et quod promíttunt assequámur. Per eúmdem.

4. S. FRANCISCI CONFESSORIS.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam Beáti Francísci méritis fœtu novæ prolis amplíficas; tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere, et cæléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.

5. SS. PLACIDI ET SOC. MM.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui hodiérna die Beátum Plácidum cum sóciis suis per martyrii palmam ad regna sidérea sublevásti; concéde propítius, ut quod in eórum festivitáte depóscimus, ipsórum intercessióne cónsequi mereámur. Per Dóminum.

6. S. BRUNONIS CONFESSORIS.

Oratio.

SAncti Brunónis Confessóris tui, quæsumus Dómine, intercessiónibus adjuvémur; ut qui Majestátem tuam gráviter delinquéndo offéndimus, ejus méritis, et précibus nostrórum delictórum véniam consequámur. Per Dóminum.

7. B. MATTHÆI CARRERII CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

EXcita, Dómine, in córdibus nostris Crucis, et Passiónis amórem, ut Beáti Matthæi intercessióne, et exémplo, dolórum Christi partícipes efficiámur, et glóriæ. Per eúmdem.

8. S. BIRGITTÆ VIDUÆ.

Oratio.

DOmine Deus noster, qui Beátæ Birgíttæ per Fílium tuum unigénitum secréta cæléstia revelásti; ipsíus pia intercessióne da nobis fámulis tuis, in revelatióne sempitérnæ glóriæ tuæ gaudére lætántes. Per eúmdem Dóminum.

9. SS. DIONYSII ET SOC. MM.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die Beátum Dionysium Mártyrem tuum, atque Pontíficem virtúte constántiæ in passióne roborásti, quique illi ad prædicándum géntibus glóriam tuam Rústicum, et Eleuthérium sociáre dignátus es; tríbue nobis, quæsumus, ex eórum imitatióne, pro amóre tuo, próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

10. S. LUDOVICI BERTRANDI CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Ludovícum Confessórem tuum, per córporis mortificatiónem, et Fídei præcónium Sanctórum glóriæ coæquásti; præsta, ut quod fide profitémur, pietátis opéribus júgiter impleámus. Per Dóminum nostrum.

11. S. LEODEGARII EP. ET CONF.

Oratio.

LÆtétur Ecclésia tua, Deus, Beáti Leodegárii mártyris tui, atque Pontíficis confisa suffrágiis; atque ejus précibus gloriósis et devóta permáneat, et secúra consístat. Per Dóminum.

12. B. JACOBI AB ULMA CONFESS. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Jacóbum Confessórem tuum humilitátis, et obediéntiæ virtúte mirabíliter decorásti; ejus intercessióne fac nos terréna despícere, et mandátis tuis jugiter inhærére. Per Dóminum.

13. S. EDUARDI REGIS ET CONF.

Oratio.

DEus, qui Beátum Regem Eduárdum confessórem tuum ætérnitátis glória coronásti, fac nos, quæsumus, ita eum venerári in terris, ut cum eo regnáre possímus in cœlis. Per Dóminum.

14. B. MAGDALENÆ DE PANATERIIS VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui néminem in Te sperántem déseris, et pie deprecántem misericórditer exáudis; tribue quæsumus, ut quod nostris méritis non valémus, Beá-

tæ Magdalénæ Vírginis patrocínio consequámur. Per Dóminum nostrum.

14. MEM. S. CALLISTI EP. ET MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DEus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte defícere; ad amórem tuum nos misericórditer per Sanctórum tuórum exémpla restáura. Per Dóminum.

15. S. THERESIÆ VIRGINIS.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster, ut sicut de beátæ Therésiæ vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita cæléstis ejus doctrínæ pábulo nutriámur, et piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

18. S. LUCÆ EVANGELISTÆ.

Oratio.

INtervéniat pro nobis, quæsumus Dómine, sanctus tuus Lucas Evangelísta, qui Crucis mortificatiónem júgiter in suo córpore pro tui Nóminis amóre portávit. Per Dóminum.

19. S. PETRI DE ALCANTARA CONF.

Oratio.

DEus, qui Beátum Petrum Confessórem tuum admirábilis pœniténtiæ, et altíssimæ contemplatiónis múnere illustráre dignátus es; da nobis, quæsumus, ut ejus suffragántibus méritis, carne mortificáti facílius cæléstia capiámus. Per Dóminum.

20. S. MARCI PAPÆ ET CONF.

Oratio.

EXáudi, Dómine, preces nostras, et interveniénte Beáto Marco Confessóre tuo, atque Pontífice, supplicatiónes nostras placátus inténde. Per Dóminum.

20. MEM. SS. SERGII ET SOC. MM.

In Laudibus.

Oratio.

SAnctórum mártyrum tuórum nos, Dómine, Sérgii, Bacchi, Marcélli, et Apulæi beáta mérita prosequántur, et tuo semper fáciant amóre ferventes. Per Dóminum nostrum.

21. SS. URSULÆ ET SOC. VIRGINUM ET MARTYRUM.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine Deus noster, Sanctárum Vírginum, et Mártyrum tuárum Ursulæ, et Sociárum ejus palmas incessábili devotióne venerári; ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

22. B. PETRI A TIFERNO CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui fidéles tuos memorántes novíssima numquam peccatúros prænuntiásti; fac nos Beáti Petri Confessóris tui précibus, et exémplis ita temporálem mortem mente recólere, ut júgiter admíssa peccáta flentes vitémus ætérnam. Per Dóminum.

22. MEM. S. HILARIONIS ABBATIS.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

INtercéssio nos, quæsumus Dómine, Beáti Hilariónis Abbátis comméndet, ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

23. B. BARTHOLOMÆI DE BREGANTIA EP. ET CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui in Fídei hóstibus ab errórum ténebris ad veritátis lucem adducéndis, et in pópulis ad

pacem, et concórdiam revocándis Beátum Bartholomæum Confessórem tuum, atque Pontíficem mirábilem effecísti; ejus intercessióne concéde, ut pax tua, quæ exúperat omnem sensum, custódiat corda nostra, et intelligéntias nostras in Christo Jesu Dómino nostro. Qui tecum vivit.

24. S. RAPHAELIS ARCHANGELI.

Oratio.

DEus, qui Beátum Raphaélem Archángelum Tobíæ fámulo tuo cómitem dedísti in via; concéde nobis fámulis tuis, ut ejúsdem semper protegámur custódia, et muniámur auxílio. Per Dóminum.

25. SS. CRISPINI ET CRISPINIANI MM.

Oratio.

DEus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Crispíni, et Crispiniáni natalítia cólere; da nobis in ætérna Beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

27. IN VIG. SS. APOST. SIMONIS ET JUDÆ.

Ad Vesperas.

Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut sicut Sanctórum Apostolórum tuórum Simónis, et Judæ gloriósa natalítia prævenímus; sic ad tua beneficia promerénda majestátem tuam pro nobis ipsi prævéniant. Per Dóminum.

28. IN DIE SS. APOST. SIMONIS ET JUDÆ.

Oratio.

DEus, qui nos per Beátos Apóstolos tuos Simónem, et Judam ad agnitiónem tui Nóminis veníre tribuísti; da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre, et celebrándo proficere. Per Dóminum.

29. B. BENVENUTÆ BOJANI VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

Grátiam nobis, Dómine, pœniténtiæ, oratiónis, et humilitátis infúnde, ut Beátæ Benvenútæ Vírginis imitatióne possímus, et carnem mortificántes spíritu vívere, et cæléstia júgiter cogitántes, nosque despiciéntes, in te solo Deo réquiem, et glóriam inveníre. Per Dóminum.

30. COMM. SS. MM. ET ALIORUM SS. QUORUM CORPORA, VEL RELIQ. IN ECCL. ORD. ASSERVANTUR.

Oratio.

DEus, qui hanc Sacrosánctam Ecclésiam tot voluísti Sanctórum decorári Relíquiis; concéde nobis fámulis tuis, ut quorum memóriam venerámur in terris, eórum consórtio perfruámur in cælis. Per Dóminum.

31. MEM. S. QUINTINI MARTYRIS.

In Laudibus.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris; ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, Beáti Quintíni Mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum.

31. VIGIL. OMNIUM SANCTORUM

Ad Vesperas.

Oratio.

DOmine Deus noster, multíplica super nos grátiam tuam; et quorum prævenímus gloriósa solémnia, tríbue súbsequi in sancta professióne lætítiam. Per Dóminum nostrum.

NOVEMBER.

1. IN DIE OMNIUM SANCTORUM.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui nos omnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári; quæsumus, ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

2. COMMEM. OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.

Oratio.

FIdélium, Deus, ómnium Cónditor, et Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum, ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis.

Præcedens Oratio dicatur ad Vesp. ad Laud. ad Primam, et ad alias Horas; et post eam non dicatur Dóminus vobíscum, nec Benedicámus, sed tantum Requiéscant in pace. ℟ Amen.

3. B. SIMONIS BALLACCHI CONFESS. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Simónem Confessórem tuum inter céteras ejus virtútes jugi orándi studio, et singulári humilitátis prærogatíva decorásti; ipsum nobis imitári concéde, ut spretis omnibus, quæ sunt mundi, te hic solum quærere, ac tandem promíssa in cælis humílibus præmia cónsequi valeámus. Per Dóminum.

4. S. CAROLI EPISC. ET CONF.

Oratio.

ECclésiam tuam, Dómine, sancti Cároli Confessóris tui, atque Pontíficis contínua protectióne custódi; ut sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum effécit, ita nos ejus intercéssio in tuo semper fáciat amóre ferventes. Per Dóminum.

5. B. MARTINI DE PORRES CONF.
ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus humílium celsitúdo, qui Beátum Martínum Confessórem tuum ad cæléstia regna transíre fecísti; ejus méritis, et intercessióne concéde, nos ejus humilitátem ita imitári in terris, ut cum ipso exaltári mereámur in cælis. Per Dominum.

Dominica II. Novembris.
PATROCINII B. MARIÆ VIRG.

Oratio.

DEus, qui sub Beatíssimæ Vírginis Maríæ singulári Patrocínio Ordinem Prædicatórum ad animárum salútem institui, ejúsque perpétuis beneficiis cumulári voluísti; præsta supplícibus tuis, ut cujus hódie commemoratiónem cólimus, illíus protécti auxíliis ad cæléstem glóriam perducámur. Per Dóminum.

9. OMN. SANCTOR. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Prædicatórum Ordinem copiósa Sanctórum sóbole fœcundáre dignátus es, atque in ipsis heróica ómnium virtútum mérita sublímiter coronásti; da nobis illórum sequi vestígia, ut quos hódie sub una

celebritáte venerámur in terris, iis perpétua tandem festivitáte associémur in cælis. Per Dóminum.

9. MEM. S. THEODORI MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

DEus, qui nos Beáti Theodóri Mártyris tui confessióne gloriósa circúmdas, et prótegis; præsta nobis ex ejus imitatióne proficere, et oratióne fulcíri. Per Dóminum.

10. SS. QUATUOR CORONATORUM MM.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

11. S. MARTINI EPISC. ET CONF.

Oratio.

DEus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra virtúte subsístimus; concéde propítius, ut intercessióne Beáti Martíni Confessóris tui, atque Pontíficis contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

11. MEM. S. MENNÆ MARTYRIS.

In Laudibus.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beáti Mennæ Mártyris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui Nóminis amóre roborémur. Per Dóminum nostrum.

12. DEDIC. BASILICÆ SS. SALVATORIS.

Oratio Deus, qui nobis etc. pag. 208.

13. S. DIDACI CONFESSORIS.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, quas in Beáti Dídaci Confessóris tui solemnitáte deférimus,

ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

13. MEM. S. BRITII EPISC. ET CONF.

In Laudibus.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut Beáti Britii Confessóris tui, atque Pontíficis veneránda solémnitas et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum nostrum.

14. B. JOANNIS LICCII CONFESS. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátum Joánnem Confessórem tuum plena sui abnegatióne, atque exímiæ charitatis zelo claréscere voluísti; ejus nobis imitatióne concéde, ut abdicátis terrénis afféctibus, in tua dilectióne vivámus. Per Dóminum.

15. B. ALBERTI MAGNI EP. ET CONF. ORD. PRÆD.

Oratio.

EXáudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in Beáti Albérti Confessóris tui, atque Pontíficis solemnitáte deférimus, ut qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis ab ómnibus nos absólvas peccátis. Per Dóminum.

16. B. LUCIÆ DE NARNIA VIRG. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátam Lucíam Passiónis Fílii tui signáculis mirabíliter decorátam, virginitátis, et patién-

tiæ donis blandiéntem mundum elúdere, et persequéntem superáre fecísti; da, ut ejus intercessióne, et exémplo, nec terrénis vincámur illécebris, nec ullis frangámur advérsis. Per eúmdem Dóminum.

17. S. GREGORII THAUMATURGI EPISC. ET CONFESS.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut Beáti Gregórii Confessóris tui, atque Pontíficis veneránda solémnitas et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum nostrum.

18. DEDIC. BASIL. SS. APOST. PETRI ET PAULI.

Oratio. Deus, qui nobis etc. pag. 208.

19. S. ELISABETH VIDUÆ.

Oratio.

TUórum corda fidélium, Deus miserátor, illústra; et Beátæ Elísabeth précibus gloriósis, fac nos próspera mundi despícere, et cælésti semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

20. S. FELICIS DE VALOIS CONF.

Oratio.

DEus, qui Beátum Felícem Confessórem tuum ex erémo ad munus rediméndi captívos cælitus vocáre dignátus es; præsta quæsumus, ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivitáte ejus intercessióne liberáti ad cæléstem pátriam perducámur. Per Dóminum.

21. PRÆSENTATIONIS B. MARIÆ V.

Oratio.

DEus, qui Beátam Maríam semper Vírginem, Spíritus Sancti habitáculum, hodiérna die in templo præsentári voluísti; præsta quæsumus, ut ejus intercessióne in templo glóriæ tuæ præsentári mereámur. Per Dóminum: ejúsdem.

22. S. CÆCILIÆ VIRG. ET MART.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua Beátæ Cæcíliæ vírginis, et mártyris tuæ solemnitáte lætíficas; da, ut quam venerámur officio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

23. S. CLEMENTIS PP. ET MART.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua Beáti Cleméntis mártyris tui, atque Pontíficis solemnitáte lætíficas; concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum nostrum.

24. S. JOANNIS A CRUCE CONF.

Oratio.

DEus, qui Sanctum Joánnem confessórem tuum atque Doctorem perféctæ sui abnegatiónis, et Crucis amatórem eximium effecísti; concéde, ut ejus imitatióni júgiter inhæréntes, glóriam assequámur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

24. MEM. S. CHRYSOGONI MART.

In Vesp. et Laud.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, Beá-

ti Chrysógoni mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum nostrum.

25. S. CATHARINÆ VIRG. ET MART.

Oratio.

DEus, qui dedísti legem Móysi in summitáte montis Sínai, et in eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus Beátæ Catharínæ vírginis, et mártyris tuæ mirabíliter collocásti; præsta quæsumus, ut ejus méritis, et intercessióne ad montem, qui Christus est, perveníre valeámus. Per eúmdem.

26. S. ANDREÆ AVELLINI CONF.

Oratio.

DEus, qui in corde Beáti Andréæ Confessóris tui per árduum quotídie in virtútibus proficiéndi votum admirábiles ad te ascensiónes disposuísti; concéde nobis ipsíus méritis, et intercessióne ita ejúsdem grátiæ partícipes fieri, ut perfectióra semper exequéntes ad glóriæ tuæ fastígium felíciter perducámur. Per Dóminum nostrum.

27. B. MARGARITÆ DE SABAUDIA VID. ORD. PRÆD.

Oratio.

DEus, qui Beátam Margarítam a séculi pompa ad húmilem tuæ Crucis sequélam toto corde transíre docuísti; concéde, ut ejus méritis, et exémplo discámus peritúras mundi calcáre delícias, et in ampléxu tuæ Crucis ómnia nobis adversántia superáre. Qui vivis et regnas.

27. MEM. SS. VITALIS ET AGRICOLÆ MARTYRUM.

In Vesperis et Laud.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beatórum mártyrum tuórum Vitális, et Agrícolæ solémnia cólimus, eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.



ORATIONES
DE COMM. SANCTORUM

IN COMMUNI UNIUS MARTYRIS PONT.

Oratio.


Ætétur Ecclésia tua, Deus, Beati N. Mártyris tui, atque Pontíficis confisa suffrágiis; atque ejus précibus gloriósis et devóta permáneat, et secúra consístat. Per Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beáti N. Mártyris tui, atque Pontíficis solémnia cólimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

PRO MARTYRE TANTUM.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, Beáti N. Mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui Beati N. Mártyris tui natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum nostrum.

PRO PLURIBUS MARTYRIBUS.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognó-

vimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

Alia Oratio.

DEus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum N. et N. natalítia cólere, da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

PRO PLURIBUS MARTYRIBUS PONTIF.

Oratio.

INfirmitátem nostram, quæsumus Dómine, propítius réspice; et mala ómnia, quæ juste merémur, sanctórum Mártyrum tuórum, atque Pontíficum N. et N. intercessióne avérte. Per Dóminum.

PRO CONFESSORE PONTIFICE.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut Beati N. Confessóris tui, atque Pontíficis veneránda solémnitas et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

EXáudi, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in Beáti N. Confessóris tui, atque Pontíficis solemnitáte deférimus, ut qui tibi digne meruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólvas peccátis. Per Dóminum.

MEM. PLURIUM CONFESS.

Oratio.

DEus, qui nos sactórum Confessórum N. et N. confessiónibus gloriósis circúmdas, et prótegis; da nobis eórum imitatióne proficere, et intercessióne gaudére. Per Dóminum.

PRO DOCTORE.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis Beátum N. minístrum tribuísti; præsta quæsumus, ut quem

doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

PRO CONF. NON PONTIFICE.

Oratio.

DEus, qui nos Beáti N. Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas; concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, quas in Beáti N. Confessóris tui solemnitáte deférimus; ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

PRO ABBATE.

Oratio.

INtercéssio nos, quæsumus Dómine, Beáti N. Abbátis comméndet, ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

PRO VIRGINE, ET MARTYRE.

Oratio.

INdulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, Beáta N. virgo, et martyr implóret, quæ tibi grata semper éxtitit et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

Alia Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas; concéde propítius, ut qui Beátæ N. Vírginis, et Mártyris tuæ solémnia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

PRO VIRGINE NON MARTYRE.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster, ut sicut de Beátæ N. Vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur affécta. Per Dóminum.

PRO UNA MARTYRE TANTUM.

Oratio.

DEus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam martyrii contulísti; concéde propítius, ut qui Beátæ N. Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

PRO NEC VIRG. NEC MARTYRE.

Oratio.

TUórum corda fidélium, Deus miserátor, illústra, et Beátæ N. précibus gloriósis fac nos próspera mundi despícere, et cæléstì semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

Alia Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster, ut sicut de Beátæ N. festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

ORATIONES IN OFFICIIS VOTIVIS.

infra Hebd. per totum annum.

DE S. DOMINICO P. N.

Feria tertia ad Vesp. Laud. et Horas diei, vel ad Memor. Oratio. Deus, qui Ecclésiam tuam Beáti Domínici. pag. 257.

DE S. THOMA.

Feria quarta ad Vesp. Laud. et Horas diei, vel ad Memor. Oratio. Deus, qui Ecclésiam tuam Beáti Thomæ. pag. 228.

DE SS. SACRAMENTO.

Feria quinta ad Vesp. Laud. et Horas diei, vel ad Memor. Oratio. Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili. pag. 203.

DE S. VINCENTIO FERRERIO.

Feria secunda vel sexta ad Vesper. Laud. et Horas diei Oratio. Deus, qui géntium multitúdinem. pag. 232.

DE B. MARIA VIRG. IN SABBATO.

Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini ad Vesp. Laud. et Horas, vel ad Memor.

Oratio.

Deus, qui de Beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nunciánte, carnem suscípere voluísti; præsta supplícibus tuis, ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

A Nativitate Domini usque ad Purificationem.

Oratio.

Deus, qui salútis ætérnæ, Beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præstitísti; tríbue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus Auctórem vitæ suscípere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.

A Purificatione usque ad Adventum.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis, et córporis salúte gaudére, et gloriósa Beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

AD PSALMOS GRADUALES.

Post primos quinque Psalmos terminatos sub uno ℣. Réquiem, dicatur Pater noster secreto. Deinde

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. A porta ínferi.
℣. Dóminus vobíscum.

Oratio.

ABsólve, quæsumus Dómine, ánimas famulórum, famularúmque tuárum ab omni vínculo delictórum, ut in resurrectiónis glória inter Sanctos, et eléctos tuos resuscitáti respírent. Per Christum.

Post alios quinque Psalmos, quorum singuli terminantur per ℣. Glória Patri. dicatur Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Memor esto Congregatiónis tuæ.
℣. Dóminus vobíscum.

Oratio.

DEus, cui próprium est miseréri semper, et párcere, súscipe deprecatiónem nostram, ut quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum.

Post alios quinque Psalmos, quorum pariter singuli terminantur per ℣. Glória Patri. dicatur Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Salvos fac servos tuos, et ancíllas tuas.
℣. Dóminus vobíscum.

Oratio.

PRæténde, Dómine, fámulis, et famulábus tuis déxteram cæléstis auxílii, ut te toto corde perquírant, et quæ digne póstulant, assequántur. Per Christum.

IN OFF. QUOTIDIANO BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Ad Vesperas, Capitulum. Eccl. 14.

SIcut cinnamómum, et bálsamum aromatízans odórem dedi; quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

Ad Completorium, Capitulum. Eccl. 24.

EGo mater pulchræ dilectiónis, et timóris, et agnitiónis, et sanctæ spei.

Ad Laudes, Capitulum. Eccl. 24.

EGo quasi vitis fructificávi suavitátem odóris, et flores mei fructus honóris, et honestátis.

Ad Primam, Capitulum. Eccl. 24.

AB inítio, et ante sécula creáta sum, et usque ad futúrum séculum non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Ad Tertiam, Capitulum. Eccl. 24.

ET sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea.

Ad Sextam, Capitulum. Eccl. 24.

ET radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, et in plenitúdine Sanctórum deténtio mea.

Ad Nonam, Capitulum. Eccl. 24.

QUasi cedrus exaltáta sum in Líbano, et quasi cypréssus in monte Sion; quasi palma exaltáta sum in Cades, et quasi plantátio rosæ in Jéricho.

In Officio quotidiano de Beata Maria Virgine, ad Vesperas, Laudes, et Tertiam Orationes.

In Adventu usque ad Nativitatem.

Oratio. Deus, qui de Beátæ. pag. 293.

A Nativitate usque ad Purificationem.

Oratio. Deus, qui salútis ætérnæ. pag. 293.

A Purificatione usque ad Adventum.

Oratio. Concéde nos fámulos. pag. 293.

Ad Completorium. Oratio.

Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsídium, ut, qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, intercessiónis ejus auxílio a nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúmdem Dóminum.

Ad Primam. Oratio.

Grátiam tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde, ut qui, Angelo nunciánte, Christi Fílii tui Incarnatiónem cognóvimus, per Passiónem ejus, et Crucem ad Resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem.

Ad Sextam. Oratio.

Prótege, Dómine, fámulos tuos subsídiis pacis; et Beátæ Maríæ semper Vírginis patrocíniis confidéntes a cunctis hóstibus redde secúros. Per Dóminum.

Ad Nonam. Oratio.

Famulórum tuórum, quæsumus Dómine, delíctis ignósce, ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Per eúmdem.

Antiph. et Orationes ad Memoriam in Vesp. et in Laud. Officii quotidiani B. Mariæ Virginis.

DE S. DOMINICO P. N.

Ad Mem. in Vesp. Antiph. Magne Pater Sancte Domínice, mortis hora nos tecum súscipe, et hic semper nos pie réspice.

℣ Os justi meditábitur sapiéntiam.
℟ Et lingua ejus loquétur judícium.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam Beáti Domínici Confessóris tui, Patris nostri, illumináre dignátus es méritis, et doctrínis; concéde, ut ejus intercessióne temporálibus non destituátur auxíliis, et spirituálibus semper profíciat increméntis. Per Christum.

DE SANCTIS ORDINIS NOSTRI.

Ad Mem. in Vesp. Antiph. Christi pia grátia Sanctos sublimávit, quos Patris Domínici Ordo propagávit; nos eórum méritis pétimus juvári, atque suis précibus Deo commendári.
℣ Sapiéntiam Sanctórum narrent pópuli.
℟ Et laudem eórum núnciet Ecclésia.

Oratio.

COncéde, quæsumus omnípotens Deus, ut ad meliórem vitam Sanctórum Ordinis nostri exémpla nos próvocent; quátenus, quorum memóriam ágimus, étiam actus imitémur. Per Christum.

DE OMNIBUS SANCTIS.

Ad Mem. in Vesp. Antiph. Sancti Dei omnes intercédere dignémini pro nostra, omniúmque salúte.
℣ Oráte pro nobis omnes Sancti Dei.
℟ Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio.

TRíbue, quæsumus Dómine, omnes Sanctos tuos júgiter pro nobis oráre, et eos cleménter exaudíre dignéris. Per Christum.

PRO PACE.

Ad Mem. in Vesp. Antiph. Da pacem, Dómine, in diébus nostris, quia non est álius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

℣ Fiat pax in virtúte tua.
℟ Et abundántia in túrribus tuis.

Oratio.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Dóminum.

DE S. DOMINICO P. N.

Ad Mem. in Laud. Antiph. Benedíctus Redémptor ómnium, qui salúti próvidens hóminum, mundo dedit sanctum Domínicum.

℣ Lex Dei ejus in corde ipsíus.
℟ Et non supplantabúntur gressus ejus.

Oratio, ut in Vesp.

DE SANCTIS ORDINIS NOSTRI.

Ad Mem. in Laud. Antiph. O quam felix glória semper est Sanctórum, quam præclára mérita sunt Prædicatórum! Quorum verbo, et ópere mundus decorátur, eorúmque múnere mens consolidátur.

℣ Exultábunt Sancti in glória.
℟ Lætabúntur in cubílibus suis.

Oratio, ut in Vesp.

Ad Mem. de Omnibus Sanctis, et pro Pace in Laudibus Antiphonæ, ℣℣, et Orationes, ut in Vesp.

DOMINICIS DIEBUS AD MEM.
DE B. MARIA VIRG.

In Laud. Antiph. Sub tuum præsídium confúgimus sancta Dei Génitrix, nostras deprecatiónes ne despícias in necessitátibus, sed a perículis cunctis líbera nos semper Virgo benedícta.

℣ Post partum Vírgo invioláta permansísti.
℟ Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Oratio.

Prótege, Dómine, fámulos tuos subsídiis pacis, et Beátæ Maríæ semper Vírginis patrocíniis confidéntes a cunctis hóstibus redde secúros. Per Dóminum.

Ad Vesp. Antiph. Regáli ex progénie María exórta refúlget, cujus précibus nos adjuvári mente, et spíritu devotíssime póscimus.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Génitrix.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oratio. Prótege. ut supra.

AD MEMORIAM DE CRUCE.

Tempore Paschali. In Laud. Antiph. Crucifixus surréxit a mórtuis, et redémit nos. Allelúja, allelúja.

℣. Dícite in natiónibus, allelúja.

℟. Quia Dóminus regnávit a Ligno, allelúja.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem; concéde nobis fámulis tuis, ut Resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus.

Ad Vesp. Antiph. Crucem sanctam súbiit, qui inférnum confrégit, accínctus est poténtia, surréxit die tértia, allelúja.

℣. Dícite in natiónibus, allelúja.

℟. Quia Dóminus regnávit a Ligno, allelúja.

Oratio. Deus, qui pro nobis. ut supra.



VARIÆ ORATIONES

IN RECEPTIONE NOVITIORUM.

Dicto Hymno Veni Creátor Spíritus. Kyrie eléison. et Pater noster. subjungat, qui recipit Novitium.

℣ Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℣ Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.
℣ Salvum (vel Salvos fac servos tuos.)
℣ Dóminus vobíscum.

Orémus. Oratio.



Eus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Oratio.

PRæténde, Dómine, fámulo tuo déxteram cæléstis auxílii, ut te toto corde perquírat, et quæ digne póstulat, assequátur. Per Christum. ℟ Amen.

Si fuerint plures, dicatur hæc Oratio in numero plurali. Finitis Orationibus aspergat eum, vel eos aqua benedicta.

IN PROFESSIONE NOVITIORUM

Modus benedicendi eorum vestes.

℣ Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.
℣ Dóminus vobíscum.

Orémus. Oratio.

Domine Jesu Christe, qui tégimen nostræ mortalitátis indúere dignátus es, obsecrámus imménsæ largitátis tuæ abundántiam, ut hoc genus vestimentórum, quod sancti Patres ad innocéntiæ, et humilitátis indícium ferre sanxérunt, ita bene ✠ dícere dignéris, ut qui hoc usus fúerit, te indúere mereátur Christum Dóminum nostrum.

℟ Amen.

Postmodum aspergantur aqua benedicta.

IN ELECTIONE MAGISTRI ORDINIS NOSTRI.

Finito Te Deum. subjungatur immediate.

℣ Salvum fac servum tuum.

℣ Dóminus vobíscum.

Orémus. Oratio.

Concéde, quæsumus omnípotens Deus, ut fámulum tuum, quem ad régimen animárum nostrárum elégimus, dono tuæ grátiæ prosequáris, et te largiénte, cum ipsa nostra electióne tibi placeámus. Per Christum Dóminum.

IN ELECTIONE PRIORIS PROVINCIALIS.

Dicto Psalmo Laudáte Dóminum omnes gentes. cum Glória Patri. subjungatur legendo.

℣ Confirma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

℟ A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

℣ Dóminus vobíscum.

Orémus. Oratio. Concéde quæsumus omnípotens Deus etc. ut supra.

Deinde dicatur. ℣. Adjutórium nostrum etc.
In Electione Prioris Conventualis idem fiat.

ORATIO PRO CAPITULO GENERALI
et pro pergentibus ad illud.

Dicto Psalmo 122. Ad te leváví. et Antiph. Veni sancte Spíritus.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. et Pater noster. subjungatur legendo.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℣. Emítte spíritum tuum.
℣. Salvos fac servos tuos.
℣. Dóminus vobíscum.

Orémus. Orat. Deus qui corda fidélium. pag. 300.

Oratio.

Adésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, et viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitáte dispóne, ut inter omnes viæ, et vitæ hujus varietátes, tuo semper protegántur auxílio. Per Christum.

BENEDICTIO ITINERANTIUM.
Pro Fratribus egredientibus.

Psalmus 120. Leváví óculos. cum Glória Patri. Deinde Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. Postea.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℣. Salvos fac servos tuos.
℣. Dóminus vobíscum.

Orémus. Oratio. Adésto Dómine. ut supra.

Postea erecti aspergantur aqua benedicta. Circa venientes de via idem observetur: hoc excepto, quod pro eis dicatur Psalm. 122. Ad te leváví óculos. et

Oratio.

MIserére, quæsumus Dómine, fámulis tuis, et quidquid eis in via subrípuit visus, vel audítus malæ rei, aut otiósi sermónis, totum tua ineffábili cleméntia, et méritis Beatíssimæ Matris tuæ Maríæ, et Sancti Patris nostri Domínici, déleas, et abstérgas. Per Christum Dóminum.

RECEPTIO AD BENEFICIA ORDINIS.

Dicto Psalmo 122. Ad te levávi. cum Glória Patri. et Pater noster. subjungatur

℣ Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℣ Salvum fac servum tuum.


℣ Dóminus vobíscum.

Orémus. Oratio. Prætende, Dómine, fámulo tuo déxteram. pag. 300.




BENEDICTIO MENSÆ.


Quando bis comeditur, ad prandium dicto **Benedícite**, Cantor incipiat.




℣ Oculi ómnium in te sperant, Dómine.




Conventus. **Et tu das escam illórum in**




témpore opportúno: áperis tu manum




tuam, et imples omne ánimal benedictióne.



Glória Patri, et Fílio, et Spirítui sancto.



Sicut erat in princípio, et nunc, et semper,



et in sécula seculórum. Amen.




Ky ri e e lé i son. Chri ste e lé i son.



Ky ri e e lé i son.

Pater noster. Secreto.


Hebdomadarius verso vultu ad Imaginem.




℣ Et ne nos indúcas in ten ta ti ó nem.




℟ Sed líbera nos a ma lo.



Orémus. Bénedic, Dómine ✠ dona tua,



quæ de tua lar gi tá te sumus sumptúri.




Per Christum Dó mi num no strum. ℟ Amen.

Postea dicto a Lectore Mensæ Jube Domne. dicatur ab Hebd. verso vultu ad Conventum:



Bened. Mensæ cæléstis partícipes fá ci at




nos Rex ætérnæ gló ri æ. ℟ Amen.


Finito prandio, et pulsata nola, dicat Cantor:



℣ Confi te ántur ti bi, Dó mi ne, omni a ópera




tu a; et Sancti tui benedícant tibi.




Gló ri a Patri. ut supra.


Deinde dicat Sacerdos versus ad Imaginem:




Agimus tibi grá ti as, omnípotens Deus,





pro univérsis bene fi ci is tuis. Qui vivis,






Postea incipiat Cantor Psalmum hoc modo:







Et secúndum multitúdinem etc. dicatur totus, cum Glória Patri. Sicut erat.

Deinde subjungatur communiter Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster secreto, ut supra; quo dicto Sacerdos subjungat:













Sequentes versiculi dicantur eodem modo:

℣. Benedícam Dóminum in omni témpore.
℟. Semper laus ejus in ore meo.
℣. In Dómino laudábitur ánima mea.
℟. Audiant mansuéti, et læténtur.
℣. Magnificáte Dóminum mecum.
℟. Et exaltémus Nomen ejus in idípsum.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc, et usque in séculum.










Deinde a Prælato, vel ab Hebdomadario subjungatur. Fidélium ánimæ: et secreto Pater noster.


Ante cœnam vero loco ℣ Confiteántur, dicatur:




℣ Edent páuperes, et saturabúntur. Et lau-




dábunt Dóminum, qui requírunt eum:




vivent corda eórum in séculum séculi.




Glória Patri etc. ut in prandio: sed detur hæc benedictio: Ad cœnam vitæ ætérnæ, perdúcat nos Rex glóriæ.




Post cœnam. ℣ Memóriam fecit mirabílium



suórum misé ricors, et miserátor



Dóminus, escam dedit timéntibus se.



Glória Patri etc.

Post Hebdomadarius dicat:

Benedíctus Dóminus in donis suis, et sanctus in ómnibus opéribus suis. Qui vivit, et regnat per ómni a sécula se cu ló rum. ℟ Amen.

Cetera ut supra in prandio.

Quando autem jejunatur, ante comestionem mane dicatur ℣ Edent páuperes. Et detur Benedictio: Mensæ cæléstis. Post comestionem dicatur ℣ Memóriam: et Agimus. Cetera non mutantur: nisi quod in Feria v. in Cœna Domini, et Feria vi. in Parasceve non dicatur Glória Patri etc. neque Fidélium.

De Collatione.

TEmpore Jejunii in collatione, infra lectionem facto signo a Prælato, vel ab Hebdomad. et dicto a lectore Mensæ: Benedícite. detur ab Hebdomad. stante in loco suo super potum Benedictio.

Be nedíci te. Bened. Largítor ómnium bonó-



Finita Collatione ad signum Prælati, vel Hebdomadarii, terminetur Lectio per Tu autem Dómine: et subjungat Præsidens: ℣ Adjutórium.

BENEDICTIONES VARIÆ.

Quæ semper a Sacerdote cum Stola, stando, discooperto capite dici debent.

MODUS BENEDICENDI AQUAM, QUA FIDELES ASPERGUNTUR.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.

Exorcismus Salis.



Xorcízo te creatúra salis per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui te per Elisæum prophétam in aquam mitti jussit, ut sanarétur sterílitas aquæ: ut efficiáris sal exorcizátum in salútem credéntium: et sis ómnibus te suméntibus sánitas ánimæ, et córporis: et effúgiat, atque discédat a loco, in quo aspérsum fúeris, omnis phantasía, et nequítia, vel versútia diabólicæ fráudis, omnísque spíritus immúndus adjurátus. Per eum, qui ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos, et séculum per ignem. ℟ Amen.

Orémus. Oratio.

IMménsam cleméntiam tuam, omnípotens ætérne Deus, humíliter implorámus, ut hanc creatúram salis, quam in usum géneris humáni tribuísti, benedí ✠ cere, et sancti ✠ ficáre tua pietáte dignéris, ut sit ómnibus suméntibus salus mentis, et córporis; et quidquid ex eo tactum, vel respérsum fúerit cáreat omni immundítia, omníque impugnatióne spirituális nequítiæ. Per Dóminum.

Exorcismus Aquæ.

EXorcízo te creátura aquæ, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in nómine ✠ Jesu Christi Fílii ejus, Dómini nostri, et in virtúte Spíritus ✠ sancti, ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, et ipsum inimícum eradicáre, et explantáre váleas, cum ángelis suis apostáticis, per virtútem ejúsdem Domini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos, et séculum per ignem. ℟ Amen.

Orémus. Oratio.

DEus, qui ad salútem humáni géneris máxima quæque Sacraménta in aquárum substántia condidísti, adésto propítius invocatiónibus nostris, et eleménto huic multímodis purificatiónibus præparáto virtútem tuæ bene ✠ dictiónis infúnde; ut creatúra tua mystériis tuis sérviens, ad abjiciéndos dæmones, morbósque pelléndos divínæ grátiæ sumat efféctum; ut quidquid in dómibus, vel in locis fidélium hæc unda respérserit, cáreat omni immundítia, liberétur a noxa, non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrúmpens, discédant omnes insídiæ laténtis inimíci, et si quid est, quod aut incolumitáti habitántium ínvidet, aut quiéti, aspersióne hujus aquæ effúgiat; ut sa-

lúbritas per invocatiónem sancti Nóminis tui expetíta, ab ómnibus sit impugnatiónibus defénsa. Per Dóminum nostrum.

Hic ter mittatur sal in aquam in modum Crucis, dicendo hanc Orationem sine Orémus.

COmmíxtio salis, et aquæ páriter fiat, in nómine Pa✠tris, et Fí✠lii, et Spí✠ritus sancti. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DEus invíctæ virtútis Auctor, et insuperábilis impérii Rex, ac semper magníficus Triumphátor, qui advérsæ dominatiónis vires réprimis, qui inimíci rugiéntis sævítiam súperas, qui hostíles nequítias poténter expúgnas; te, Dómine, treméntes, et súpplices deprecámur, ac pétimus, ut hanc creatúram salis, et aquæ dignánter aspícias, benígnus illústres, pietátis tuæ rore sancti✠fices, ut ubicúmque fúerit aspérsa, per invocatiónem sancti tui nóminis, omnis infestátio immúndi spíritus abigátur, terrórque venenósi serpéntis procul pellátur, et præséntia sancti Spíritus nobis misericórdiam tuam poscéntibus ubíque adésse dignétur. Per Dóminum nostrum: ejúsdem.

BENEDICTIO ROSARIORUM.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum, et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Hi Versus præmittuntur cuilibet ex benedictionibus subsequentibus.

Orémus. Oratio.

OMnípotens, et miséricors Deus, qui propter exímiam charitátem tuam, qua dilexísti nos, Fílium tuum unigénitum Dóminum nostrum Jesum Christum

de cælis in terram descéndere, et de Beatíssimæ Vírginis Maríæ Dóminæ nostræ útero sacratíssimo, Angelo nunciánte, carnem suscípere, Crucémque, ac mortem subíre, et tértia die glorióse a mórtuis resúrgere voluísti, ut nos eríperes de potestáte diáboli; obsecrámus imménsam cleméntiam tuam, ut hæc signa Rosárii in honórem, et laudem ejúsdem Genitrícis Fílii tui, ab Ecclésia tua fidéli dicáta bene ✠ dícas, et sanctí ✠ fices, eísque tantam infúndas virtútem Spíritus sancti, ut quicúmque horum quódlibet secum portáverit, atque in domo sua reverénter tenúerit, et in eis ad te secúndum ejúsdem Sanctæ Societátis institúta, divína contemplándo Mystéria, devóte oráverit, salúbri, et perseveránti devotióne abúndet, sitque consors, et párticeps ómnium gratiárum, privilegiórum, et indulgentiárum, quæ eídem Societáti per Sanctam Sedem Apostólicam concéssa fuérunt; ab omni hoste visíbili, et invisíbili semper, et ubíque in hoc século liberétur, et in éxitu suo ab ipsa Beatíssima Vírgine María Dei Genitríce tibi plenus bonis opéribus præsentári mereátur. Per eúmdem Dóminum nostrum: ejúsdem. ℟ Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO ROSARUM.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DEus Creátor, et Conservátor géneris humáni, Dator grátiæ spirituális, et Largítor ætérnæ salútis, benedictióne tua sancta béne ✠ dic has Rosas, quas pro grátiis tibi exsolvéndis cum devotióne, ac veneratióne Beátæ, sempérque Vírginis Maríæ Rosárii, hó-

die tibi præsentámus, et pétimus benedíci, et infúndi in eis per virtútem sanctæ Cru ✠ cis benedictiónem cæléstem, ut qui eas ad odóris suavitátem, et repelléndas infirmitátes humáno úsui tribuísti, talem signáculo sanctæ Cru ✠ cis benedictiónem accípiant, ut quibuscúmque in infirmitátibus appósitæ fúerint, seu qui eas in dómibus suis portáverint, ab infirmitáte sanéntur: discédant diáboli, contremíscant, et fúgiant pávidi cum suis minístris de habitatiónibus illis, nec ámplius tibi serviéntes inquietáre præsúmant. Per Christum Dóminum nostrum.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO CANDELARUM SOCIETATIS SS. ROSARII.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum, et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DOmine Jesu Christe Lux vera, qui illúminas omnem hóminem veniéntem in hunc mundum, effúnde per intercessiónem Vírginis Maríæ matris tuæ, et per quíndecim ejus Rosárii mystéria bene ✠ dictiónem tuam super hos céreos, et candélas, et sanctífica eas lúmine tuæ grátiæ; et concéde propítius, ut, sicut hæc luminária igne visíbili accénsa noctúrnas depéllunt ténebras, ita corda nostra invisíbili igne, ac Spíritus sancti splendóre illustráta, ómnium vitiórum cæcitáte cáreant, ut puro mentis óculo cérnere semper possímus, quæ tibi plácita sunt, et nostræ salúti utília: quátenus post hujus séculi caliginósa discrímina ad lucem indeficiéntem perveníre mereámur. Qui vivis.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO AQUÆ CUM RELIQUIIS S. PETRI MARTYRIS O. P.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum, et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DEus, qui ad salútem humáni géneris máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti, adésto propítius invocatiónibus nostris, et eleménto huic aquæ, quod Beáti Petri Mártyris tui virtúte consignámus, virtútem tuæ bene ✠ dictiónis infúnde, ut per intervéntum ejúsdem Mártyris tui sit fidélibus tuis in remédium salutáre, dæmones ab eis ejíciens, morbos, ac infirmitátes córporis, et ánimæ repéllens; et præsta, ut quicúmque eam súmpserint, vel ea aspérsi fúerint, ab omni adversitáte ánimæ, et córporis liberéntur, et utriúsque hóminis recípiant sanitátem. Per Christum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio.

IMménsam cleméntiam tuam, omnípotens ætérne Deus, humíliter implorámus, ut hos fidéles tuos ad Relíquias Beáti Petri Mártyris devóte accedéntes, et ejus suffrágia postulántes, tua ineffábili virtúte bene ✠ dícere dignéris, ut per intervéntum ejúsdem Mártyris tui ab omni ægritúdine mentis, et córporis liberáti, tuáque hic, et ubíque misericórdia custodíti, et grátia salváti, post hujus quoque viæ, ac vitæ cursum ad ætérna mereántur gáudia perveníre. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

BENEDICTIO OLIVARUM IN FESTO SANCTI PETRI MARTYRIS ORD. PRÆD.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DOmine Jesu Christe, Fíli Dei vivi, béne ✠ dic Olívas istas, supplicatiónibus nostris, et infúnde eis, Dómine, per virtútem Sanctæ ✠ Crucis, et per intercessiónem Beáti Petri Mártyris benedictiónem cæléstem, qui eas ad repelléndas ténebras humáno géneri tribuísti, talémque benedictiónem signáculo Sanctæ ✠ Crucis accípiant, ut in quibuscúmque locis pósitæ fúerint, discédant príncipes tenebrárum, et contremíscant, et fugiant pávidi cum ómnibus minístris suis de locis, vel habitatiónibus illis: non ibi nóceant fúlmina, et tempestátes; non fructus terræ consúmat, aut depérdat ulla intempéries eleménti, nihílque inquiétet, aut moléstet serviéntes tibi Omnipoténti Deo. Qui vivis et regnas.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO PALMARUM, VEL ALIORUM RAMORUM IN EOD. FESTO.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DOmine Jesu Christe, Fili Dei vivi, béne ✠ dic hos árborum ramos, supplicatiónibus nostris, et infúnde eis, Dómine, per virtútem Sanctæ ✠ Crucis, et per intercessiónem Beáti Petri Mártyris benedictió-

nem cæléstem, qui triumphatúrus de hoste géneris humáni, per manus puerórum palmas, et árborum ramos in honórem tuum adhibéri voluísti: talémque benedictiónem signáculo Sanctæ ✠ Crucis accípiant, ut in quibuscúmque locis áliquid ex eis pósitum fúerit, discédant príncipes tenebrárum, et contremíscant, ac fúgiant pávidi cum ómnibus minístris suis de locis, vel habitatiónibus illis: non ibi nóceant fúlmina, et tempestátes: non fructus terræ consúmat, aut depérdat ulla intempéries eleménti, nihílque inquiétet, aut moléstet serviéntes tibi Omnipoténti Deo. Qui vivis.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO LOCI, VEL DOMUS.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum, et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

BEne ✠ dic, Dómine Deus omnípotens, Locum istum, (vel Domum istam), ut sit in eo, (vel in ea) sánitas, cástitas, victória, virtus, humílitas, bónitas, et mansuetúdo, plenitúdo legis, et gratiárum áctio, Deo Patri, et Fílio, et Spirítui sancto: et hæc benedíctio máneat super hunc Locum, (vel super hanc Domum) et super habitántes in eo (vel in ea). Per eúmdem Christum.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO DOMUS NOVÆ.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum, et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

TE Deum Patrem omnipoténtem supplíciter exorámus pro hac Domo, et pro habitatóribus ejus, ac

rebus, ut eam bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre, ac bonis ómnibus ampliáre dignéris: tribue eis, Dómine, de rore cæli abundántiam, et de pinguédine terræ vitæ substántiam, et desidéria voti eórum ad effectum tuæ miseratiónis perdúcas. Ad intróitum ergo nostrum bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris hanc Domum, sicut benedícere dignátus es domum Abraham, et Isaac, et Jacob: et intra paríetes Domus istíus Angeli tuæ lucis inhábitent, eámque, et ejus habitatóres custódiant. Per Christum.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO THALAMI.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum, et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

BEne ✠ dic, Dómine, Thálamum hunc, ut omnes habitántes in eo in tua pace consístant, et in tua voluntáte permáneant, et senéscant, et multiplicéntur in longitúdinem diérum, et ad regna cælórum pervéniant. Per Christum Dóminum.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO CANDELARUM EXTRA FESTUM PURIFICATIONIS B. M. V.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum, et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DOmine Jesu Christe, Fili Dei vivi, béne ✠ dic Candélas istas supplicatiónibus nostris: infúnde eis, Dómine, per virtútem sanctæ Cru ✠ cis bene ✠ dictiónem cæléstem, qui eas ad repellendas ténebras

humáno géneri tribuísti, talémque bene ✠ dictiónem signáculo sanctæ Cru ✠ cis accípiant, ut in quibuscúmque locis accénsæ, sive pósitæ fúerint, discédant príncipes tenebrárum, et contremíscant, et fúgiant pávidi cum ómnibus minístris suis de habitatiónibus illis, nec præsúmant ámplius inquietáre, aut molestáre serviéntes tibi omnipoténti Deo. Qui vivis.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO NOVÆ CYMBÆ, SEU NAVIGII.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum, et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

PRopitiáre, Dómine, supplicatiónibus nostris, et béne ✠ dic Navem istam déxtera tua sancta, et omnes, qui in ea vehéntur, sicut dignátus es benedícere arcam Noe ambulántem in dilúvio: pórrige eis, Dómine, déxteram tuam, sicut porrexísti Beáto Petro ambulánti supra mare, et mitte sanctum Angelum tuum de cælis, qui líberet, et custódiat semper eam ab univérsis perículis, cum ómnibus, quæ in ea erunt: et fámulos tuos, repúlsis adversitátibus, portu semper optábili, cursúque tranquíllo tueáris, transactísque recte, ritéque perféctis negótiis ómnibus, iteráto témpore ad própria cum gáudio revocáre dignéris. Qui vivis.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO ICONIS.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum, et terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, Majestátem tuam supplíciter exorámus, ut Icónem hanc, in qua glo-

riosíssimæ imágines, Tua, et Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi, glóriosæque Vírginis Maríæ, aliorúmque Sanctórum N. et N. depíctæ sunt, bene ✠ dícere, et sanctifi ✠ cáre dignéris, atque quicúmque ob devotiónem se ad ipsam devóte adorándam inclináverint, salútem mentis, et córporis consequántur, et a cunctis perículis liberéntur; et quidquid juste petíerint, obtinére mereántur. Per eúmdem.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO AGNI IN PASCHA.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

JEsu Christe Fili Dei vivi, qui es verus, et immaculátus Agnus, quique immolátus in ara Crucis peccáta mundi delevísti, et nos ad ovíle própriis húmeris reportásti, has carnes Agni, quas ad usus hóminum creásti, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre tua pietáte dignéris, ut omnes ex eis suméntes se séntiant tuis benefíciis replétos, et córporis, et ánimæ sanitátem, te annuénte, se percepísse læténtur, Salvátor mundi. Qui vivis.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO ALIARUM CARNIUM.

℣ Adjutorium nostrum in nómine Domini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DIgnáre, Dómine Deus omnípotens, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre has óvium, vel ávium, vel N. carnes, ut quicúmque ex pópulis tuis fidélibus de eis

coméderint, omni benedictióne cum grátia saturáti repleántur. Per Christum.

Aspergantur aqua banedicta.

BENEDICTIO PANIS.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DOmine Jesu Christe, panis Angelórum, panis vivus ætérne vitæ, bene ✠ dícere dignáre panem istum, sicut benedixísti quinque panes in desérto, ut omnes ex eo gustántes, inde córporis, et ánimæ percípiant sanitátem. Qui vivis, et regnas.

Aspergatur aqua benedicta.

ALIA BENEDICTIO PANIS.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

OMnípotens ætérne Deus, bene ✠ dícere dignéris hunc panem tua sancta benedictióne, ut sit ómnibus suméntibus salus mentis, et córporis, atque contra omnes morbos, et universas inimicórum insídias tutámen: per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, panem vivum, qui de cælo descéndit, et dat vitam, et salútem mundo, et tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus etc.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO OVORUM.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum. ℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

SUbvéniat, quæsumus Dómine, tuæ benedi ✠ ctiónis grátia huic ovórum creatúræ, de qua pullos gallinárum procreáre dignátus es, ut cibus salúbris fiat fidélibus tuis in tuárum gratiárum actióne suméntibus. Per Christum Dóminum nostrum.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO NOVORUM FRUCTUUM.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

BEne ✠ dic, Dómine, hos novos fructus N. et præsta, ut qui ex eis in tuo Sancto Nómine vescéntur, córporis, et ánimæ salúte potiántur. Per Christum.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO AD QUÆCUMQUE COMESTIBILIA.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

BEne ✠ dic, Dómine, creatúram istam N. et N. ut sit remédium salutáre géneri humáno, et præsta per invocatiónem tui sanctíssimi Nóminis, ut quicúmque ex ea súmpserint, vel gustáverint, córporis sanitátem, et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO COMMUNIS SUPER FRUGES, ET VINEAS.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum. ℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

ORámus pietátem tuam, omnípotens Deus, ut has primítias creatúræ tuæ, quas áeris, et plúviæ temperaménto nutríre dignátus es, benedictiónis tuæ imbre perfúndas, et fructus terræ tuæ usque ad maturitátem perdúcas. Tríbuas quoque pópulo tuo de tuis munéribus tibi semper grátias ágere, ut a fertilitáte terræ esuriéntium ánimas bonis affluéntibus répleas, et egénus, et pauper laudent nomen glóriæ tuæ. Per Christum Dóminum nostrum.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO PUTEI NOVI.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum, et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DOmine Deus omnípotens, qui in hujus Pútei altitúdinem per crepídinem fistulárum cópiam aquárum manáre jussísti, præsta, ut Te jubénte, atque bene ✠ dicénte per nostræ officium functiónis, repúlsis hinc phantasmáticis calliditátibus, atque insídiis diabólicis, purificátus, emundátus semper hic Púteus persevéret. Per Christum.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO INCENSI.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum, et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

TUa, quæsumus omnípotens sempitérne Deus, imménsæ Majestátis déxtera hanc creatúram Incénsi bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris, ut in virtúte

sancti Nóminis tui, omnes immundórum spirítuum phantásticos incúrsus effugáre, omnésque morbos, réddita sanitáte, expéllere, ubicúmque fumus ejus afflâverit, mirabíliter possit, atque tibi omnipoténti Deo odóre fragrantíssimo perpétua suavitáte redolére. Per Christum Dóminum nostrum.

Aspergatur aqua benedicta.

BENED. ORATIONUM S. VINCENTII FERRERII ORD. PRÆD.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, bene ✠ dícere, et sanctifi ✠ cáre tua pietáte dignéris has Oratiónes scriptas in tui Nóminis honórem, Beátæ Vírginis Maríæ Genitrícis tuæ, ac Beáti Vincéntii Confessóris tui, ut qui eis usi fúerint, vel in se portáverint, méritis, et précibus ejúsdem Beáti Vincéntii salútem ánimæ, et córporis a te recípere mereántur. Per Christum.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO VESTIMENTORUM FRATRUM, ET SORORUM.

Orémus. Oratio. Dómine Jesu Christe. pag. 301.

BENEDICTIO CINGULI S. THOMÆ AQUINATIS ORD. PRÆD.
PRO CONSERVANDA CASTITATE.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum. ℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DOmine Jesu Christe Fili Dei vivi, puritátis amátor, et custos, obsecrámus imménsam clemén-

tiam tuam, ut sicut ministério Angelórum sánctum Thomam Aquinátem Cíngulo castitátis cíngere, et a labe córporis, ac ánimæ præserváre fecísti, ita ad honórem, et glóriam ejus bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris Cíngula ista, ut quicúmque ipsa circa renes reverénter portáverit, ac tenúerit, ab omni immundítia mentis, et córporis purificétur, atque in éxitu suo per manus Sanctórum Angelórum tibi digne præsentári mereátur. Qui cum Patre etc.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO VESTIMENTORUM SACERDOTALIUM IN GENERE.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum, et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui per Móysen fámulum tuum Pontificália, et Sacerdotália, seu Levítica vestiménta ad expléndum in conspéctu tuo ministérium eórum, ad honórem, et decórem tui Nóminis fieri decrevísti; adésto propítius invocatiónibus nostris, ut hæc induménta Sacerdotália, seu Levítica, désuper irrigánte grátia tua, ingénti benedictióne per nostræ humilitátis servitútem puri ✠ ficáre, bene ✠ dícere, et conse ✠ cráre dignéris, ut divínis cúltibus, sacrísque mystériis apta, et benedícta exístant; his quoque sacris véstibus Pontífices, et Sacerdótes, et Levítæ tui indúti ab ómnibus impulsiónibus, seu tentatiónibus malignórum spírituum muníti, et defénsi esse mereántur, tuísque Mystériis apte, et condígne servíre, et inhærére, atque in his plácide, et devóte perseveráre concéde. Per Christum.

Alia Oratio. Orémus.

DEus, invíctæ virtútis Auctor, et ómnium rerum Creátor, ac Sanctificátor, inténde propítius preces nostras, et hæc induménta Levíticæ, et Sacerdotális glóriæ, Minístris tuis fruénda, tuo ore próprio bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris, omnésque eis uténtes, tuis Mystériis aptos, et tibi in eis devóte, et laudabíliter serviéntes, gratos efficere dignéris. Per Christum.

Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui vestiménta Pontificibus, Sacerdótibus, et Levítis in usum Tabernáculi fœderis necessária, Móysen fámulum tuum fácere jussísti, eúmque spíritu sapiéntiæ ad id peragéndum replevísti, hæc vestiménta in usum, et cultum Mystérii tui bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris; atque Minístros Altáris tui, qui ea indúerint, septifórmis Spíritus grátia dignánter repléri, atque castitátis stola, beáta fácias cum bonórum fructu óperum ministérii congruéntis immortalitáte vestíri. Per Christum.

Deinde aspergat ea aqua benedicta: et facto signo Crucis dicat: Benedíctio Dei omnipoténtis, Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti descéndat super has vestes, et máneat semper. ℟ Amen.

BENEDICTIO MAPPARUM SEU LINTEAMINUM.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobiscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DOmine Deus omnípotens, qui ornaménta, et linteámina fácere Móysen fámulum tuum per qua-

dragínta dies docuísti, quæ étiam María téxuit, et fecit in usum ministérii Tabernáculi fœderis, sancti✠ficáre, bene✠dícere, et conse✠cráre dignéris hæc linteámina, ad tegéndum, involvendúmque Altáre gloriosíssimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi. Qui tecum vivit et regnat.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO CORPORALIUM.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Clementíssime Dómine, cujus inenarrábilis est virtus, cujus mystéria arcánis mirabílibus celebrántur, tríbue quæsumus, ut hoc linteámen tuæ propitiatiónis ubertáte bene✠dícere, et sancti✠ficáre dignéris ad consecrándum super illud Corpus, et Sánguinem Dómini nostri Jesu Christi. Qui tecum vivit.

Orémus. Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, bene✠dícere, sancti✠ficáre, et conse✠cráre dignéris linteámen istud ad tegéndum, et involvéndum Corpus, et Sánguinem Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui. Qui tecum vivit et regnat.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO CAPSELLÆ ET BACULI PEREGRINORUM.

℣ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cælum, et terram.
℣ Dóminus vobíscum. ℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Domine Jesu Christe, mundi Redémptor, et Cónditor, qui Beátis Apóstolis tuis præcepísti, ut eún-

tes in prædicatiónem, virgam tantum súmerent: te súpplici devotióne depóscimus, ut dignéris has Capséllas, et hos Fustes bene ✠ dícere, quátenus, qui illos in signum peregrinatiónis, et suórum córporum sustentatiónem sunt receptúri, tuæ cæléstis grátiæ recípiant plenitúdinem, ut in eis munímen tuæ bene ✠ dictiónis percípere possint, ut quemádmodum virga Aaron in templo Dei florens a rebéllium Judæórum número ipsíus stirpis rite se sejúnxit, ita et hos servos tuos, signáculum Beáti Petri adorántes, ab ómnibus peccátis absólvas: quo in die judícii ab ímpiis separáti, in déxtera sint per te coronándi. Qui cum Deo Patre, et Spíritu sancto vivis, et regnas.

AD DANDAM CAPSELLAM ET BACULUM PEREGRINIS.

Oratio.

Accipe hanc Capséllam, et hunc Fustem, et perge ad Límina Apostolórum, vel ad N. In nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ sancti. Amen. Per intercessiónem Beátæ Dei Genitrícis Maríæ, et ómnium Sanctórum, mereámini in hoc século accípere remissiónem ómnium peccatórum, et in futúro consórtium ómnium Beatórum. Amen.

Preces. ℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus sperántes in te.
℣. Mitte eis auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Nihil profíciat inimícus in eis.
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére eis.
℣. Beáti immaculáti in via.
℟. Qui ámbulant in lege Dómini.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, humáni géneris Reformátor, et Auctor, qui Abrahæ púero tuo, ut exíret de terra nativitátis suæ, et veníret in terram promissiónis, quam ei datúrum promíseras, præcepísti: necnon pópulum Israelíticum in desértum ad te adorándum multis prodígiis veníre fecísti; hos, quæsumus, ad Beatórum Petri, et Pauli Apostolórum Límina, vel N. te adoráre pergéntes a perículis ómnibus éruas, et a peccatórum néxibus solvas: et quia tu es vera Vita, et Via in te confidéntibus, eórum iter bene dispóne, ut inter omnes séculi perturbatiónes tuo protegántur auxílio: mitte eis, Dómine, Angelum tuum sanctum, quem Tobíæ fámulo tuo cómitem dedísti, ut ubicúmque mánserint, sit illis defénsor contra insídias ómnium inimicórum visibílium, et invisibílium, quátenus læti, et incólumes redíre váleant. Per Christum Dóminum.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO A PRÆLATO DANDA PREDICATORI ANTE CONCIONEM.

DOminus sit in corde tuo, et in lábiis tuis ad pronunciándum digne, et fructuóse verba sua sancta. In nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ sancti. Amen.



ABSOLUTIONES VARIÆ.

FORMA ABSOLUTIONIS

AB EXCOMMUNICATIONE MAJORI IN FORO EXTERIORI.


Ost habitam ab eo, qui potest dare, licentiam absolvendi aliquem a vinculo excommunicationis, primo ab ipso excommunicato exigendum est juramentum, quod paratus sit stare mandatis Ecclesiæ, quæ scilicet fient ei pro illa causa. Quo juramento præstito, injungatur ei, ut si est excommunicatus, quia incidit in aliquem Canonem, de cetero proponat illud non committere. Et si ex hoc secutum est damnum alicujus, vel offensa, promittat satisfacere pro posse. Hoc facto, Pœnitens denudatis humeris utrumque genu flectat coram Confessario, qui sedens disciplina, vel virga percutiat eum dicendo Psalm. **Miserére mei Deus,** vel alium Psalm. Pœnitentialem, dando ad quemlibet Versum unum ictum: post **Glória** surgat, et discooperto capite subjungat: **Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster etc.**

℣ **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**
℟ **Sed líbera nos a malo.**
℣ **Salvum fac servum tuum.**
℟ **Deus meus sperántem in te.**
℣ **Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.**
℟ **A fácie inimíci.**

℣. Nihil proficiat inimícus in eo.
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clámor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DEus, cui próprium est miseréri semper, et párcere, súscipe deprecatiónem nostram, ut quem excommunicatiónis senténtia ligat, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et immediate post Amen, Sacerdos subjungat Absolutionem, sedendo, et cooperto capite.

AUctoritáte omnipoténtis Dei, et Beatórum Apostolórum Petri, et Pauli, et Dómini N. Papæ N. (si fuerit Absolutio Papalis) vel Dómini N. Epíscopi N. (si fuerit Absolutio Episcopalis) vel talis Superioris, mihi commíssa, ego absólvo te a vínculo excommunicatiónis, quam incurrísti propter talem causam: puta propter manum violéntam in Cléricum, vel Religiósum: vel propter ingressum Monastérii Moniálium in casu non concesso. (Et si pluribus sententiis sit ligatus dicendum est: Item Absólvo te ab excommunicatióne, quam incurrísti propter talem casum, ipsum, vel ipsos nominando) tóties quóties illam incurrísti: et restítuo te sanctis Sacraméntis Ecclésiæ, communióni, et unitáti fidélium. In nómine Patris ✠ et Fílii, et Spíritus sancti. Amen. Verberando ipsum usque ad ultimum Amen. Hæc tamen verberatio non est de necessitate, sed ad terrorem debet fieri.

S. Antoninus in iii. parte Summæ suæ titulo xvii. cap. xxi. §. ii. ponit hanc formam absolutionis, dicens

hæc verba: **Solet autem Dominus Papa aliquando quibusdam tantam gratiam facere, ut simpliciter ab omnibus censuris, et pœnis juris, et hominis possint absolvi, in foro saltem conscientiæ: et Confessor potest ista forma uti, quam a Curia Romana recepi, et usus valet.**

FORMA PLENISSIMA ABSOLUTIONIS

AB OMNIBUS CENSURIS, ET PŒNIS JURIS, ET HOMINIS.

De plenitúdine potestátis Apostólicæ, cujus auctoritátem pro præsénti gero, absólvo te ab ómnibus censúris Ecclesiásticis, senténtiis, et vínculis excommunicatiónum, suspensiónum, et interdícti, tam a jure, quam ab hómine latis, necnon ab ómnibus negligéntiis, et deféctibus commíssis in administratióne Sacramentórum, officiis, et áctibus tuis, vel nómine tuo factis, suppléndo de sólita Apostólicæ Sedis cleméntia omnes deféctus eorúmdem. Abóleo étiam omnem máculam infámiæ, et inhabilitátis undecúmque contráctam. Dispensóque tecum super omni irregularitáte, simónia, in Ordine, et Beneficio actíve, vel passíve, quacúmque occasióne, vel causa, étiam contrácta in collatióne Ordinum, et aliórum Sacramentórum, vel contráctis, seu commíssis. Restítuo te, et habílito te ad status, famam, et honóres, et executiónes Officiórum Ecclesiasticórum quorumcúmque, ac ad omnes gradus dignitátum, et honórum, ad Beneficia Ecclesiástica hábita, et habénda; tibi de his, quæ habes, de novo provídeo; relaxándo tibi fructus, quos male recepísti, seu læsa consciéntia ex eísdem habuísti, ac ália, quæ in ludo, ex successióne, ac álias

ad te pervenérunt, quæ súbjacent restitutióni vagæ, in forma pleníssima. In nómine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spíritus ✠ sancti. Amen.

FORMA ABSOLUTIONIS GENERALIS

IN MORTIS ARTICULO, VEL ALIAS, CUM CONFESSARIUS HABET PLENISSIMAM POTESTATEM A PONTIFICE.

Dicat prius confitens: Confiteor Deo. Deinde Sacerdos: Misereátur tui etc.

DOminus noster Jesus Christus per suam piíssimam misericórdiam te absólvat. Et ego auctoritáte ipsíus, et Beatórum Petri, et Pauli Apostolórum ejus, et auctoritáte Apostólica ex speciáli grátia mihi commíssa, et tibi concéssa a Sanctíssimo Dómino nostro N. Papa N. absólvo te ab omni vínculo excommunicatiónis majóris, et minóris, suspensiónis, et interdícti, si tenéris: et restítuo te sanctis Sacraméntis Ecclésiæ, communióni, et unitáti fidélium: in nómine Patris ✠ et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

FORMULA ABSOLUTIONIS

OBSERVANDA COMMUNITER IN CONFESSIONE SACRAMENTALI.

Nota: quod numquam debes aliquem, qui sit excommunicatus, etiam minori excommunicatione, absolvere a peccatis, nisi ipsum prius ab excommunicatione absolvas, si potes: et si non potes, remitte illum ad eum, qui potest: et cum ab excommunicatione ab ipso, vel a te de ejus commissione, fuerit

absolutus, ipsum a peccatis absolvas modo infrascripto.

SI teneris áliquo vínculo excommunicatiónis, suspensiónis, et interdícti, a quo possum te absólvere, Ego absólvo te, et restítuo te sanctis Sacraméntis Ecclésiæ, communióni, et unitáti fidélium. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

MIsereátur tui omnípotens Deus, et dimíttat tibi ómnia peccáta tua, líberet te ab omni malo, salvet, et confirmet in omni ópere bono, et perdúcat te ad vitam ætérnam. Amen.

DOminus noster Jesus Christus Fílius Dei vivi per suam piíssimam misericórdiam te absólvat, et auctoritáte ipsíus, qua fungor, ego absólvo te ab ómnibus peccátis tuis, ut sis absolútus hic, et ante tribúnal ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, habeásque vitam ætérnam, et vivas in sécula seculórum. In nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ sancti. Amen.

PAssio Dómini nostri Jesu Christi, et mérita beátæ Maríæ semper vírginis, et beáti Domínici Patris nostri, et ómnium sanctórum, et quidquid boni féceris, et inténdis fácere, aut mala, quæ sústines, et sustinébis, sint tibi in remissiónem peccatórum, in augméntum grátiæ, et præmium vitæ ætérnæ. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

ABSOLUTIO SEU INDULGENTIÆ

IMPERTIENDÆ CONFRATRIBUS SS. ROSARII IN ARTICULO MORTIS.

Dicto Confiteor etc. Pater spiritualis dicat: Misereátur etc. Indulgéntiam etc. Deinde:

DOminus noster Jesus Christus Fílius Dei vivi, qui Beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligán-

di, atque solvéndi, per suam piíssimam misericórdiam recípiat confessiónem tuam, et remíttat tibi omnia peccáta quæcúmque, et quomodocúmque in toto vitæ decúrsu commisísti, de quibus corde contrítus, et ore conféssus es, restítuens tibi stolam primam, quam in baptísmate recepísti. Et per Indulgéntiam plenáriam a Summis Pontificibus Innocéntio Octávo, et Pio Quinto Confrátribus Sanctíssimi Rosárii in artículo mortis constitútis concéssam, líberet te a præséntis, ac futúræ vitæ pœnis, dignétur Purgatórii cruciátus remíttere, portas ínferi cláudere, Paradísi jánuam aperíre, teque ad gáudia sempitérna perdúcere, per sacratíssima suæ Vitæ, Passiónis, et Glorificatiónis mystéria sanctíssimo Rosário comprehénsa. Qui cum Patre, et Spíritu sancto Deus unus vivit, et regnat in sécula seculórum. Amen.

FORMULA BENEDICTIONIS

IMPERTIENDÆ IN ARTICULO MORTIS CONSTITUTIS

ab iis, qui facultatem habent a Sede Apostolica, præscripta a SS. D. N. Benedicto PP. XIV. in Constitut. 5. Aprilis 1747. quæ incipit: Pia Mater.

℣ Pax huic Dómui.

℟ Et ómnibus habitántibus in ea.

Antiph. Ne reminiscáris Dómine delícta fámuli tui (vel ancíllæ tuæ) neque vindíctam sumas de peccátis ejus.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster.

℣ Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟ Sed líbera nos a malo.

℣. Salvum fac servum tuum (vel ancíllam tuam).
℟. Deus meus sperántem in te.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

CLementíssime Deus Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, qui néminem vis períre in te credéntem, atque sperántem, secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum réspice propítius fámulum tuum N. quem tibi vera fides, et spes Christiána comméndant. Vísita eum in salutári tuo, et per Unigéniti tui passiónem, et mortem, ómnium ei delictórum suórum remissiónem, et véniam cleménter indúlge, ut ejus ánima in hora éxitus sui Te júdicem propitiátum invéniat, et in sánguine ejúsdem Fílii tui ab omni mácula ablúta, transíre ad vitam mereátur perpétuam. Per eúmdem.

Tum dicto ab uno ex adstantibus Confiteor. Sacerdos dicat: Misereátur. Deinde.

DOminus noster Jesus Christus Fílius Dei vivi, qui Beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi, atque solvéndi, per suam piíssimam misericórdiam recípiat confessiónem tuam, et restítuat tibi stolam primam, quam in baptísmate recepísti: et ego facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam, et remissiónem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris etc.

PEr sacrosáncta humánæ reparatiónis Mystéria remíttat tibi omnípotens Deus omnes præséntis, et futúræ vitæ pœnas, Paradísi portas apériat, et ad gáudia sempitérna perdúcat. Amen. Benedícat te omnípotens Deus, Pater, Fílius, et Spíritus sanctus. Amen.

FORMA ABSOLUTIONIS GENERALIS

QUÆ FIT IN SOLEMNITATIBUS MAGNIS VEL CAPITULIS.

Dicto Confiteor etc. et Misereátur etc. surgat Prælatus, et dicat:

SI tenémini áliquo vínculo excommunicatiónis, suspensiónis, et interdícti, in quantum se exténdunt grátiæ, et privilégia Ordini nostro indúlta, mihi commíssa, et vobis concéssa, ego absólvo vos, et restítuo vos sacrosánctis Sacraméntis Ecclésiæ, communióni, et unitáti fidélium: In nómine Patris ✠ et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

ITem eádem auctoritáte ego dispénso vobíscum super irregularitáte, sive irregularitátibus, si quam, vel si quas contraxístis: et habílito vos executióni Ordinum, et officiórum vestrórum.

ITem eádem auctoritáte absólvo vos ab omni transgressióne Régulæ, et Constitutiónum, et admonitiónum majórum vestrórum, et ab omni pœniténtia oblíta, et neglécta; et máxime a pœna, quæ debétur propter fractiónem siléntii inter duo Capítula. Si fuerit Prior Provincialis, vel ejus Vicarius, vel ab eo habuerit specialem facultatem, vel si fuerit Magister Ordinis, vel ejus Vicarius, addat: (Et in mensa.) Et ab ómnibus áliis, de quibus consuévit fieri absolútio in consimílibus Solemnitátibus (vel Capítulis) ut sitis absolúti hic, et ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, habeatísque vitam ætérnam, et vivátis in sécula seculórum. Amen. Postea pœnitentiam injungat ad libitum suum.

PRO SORORIBUS.

Dicto Confiteor. et Misereátur. surgat Prælatus, et dicat:

SI tenémini áliquo vínculo excommunicatiónis, et interdícti, in quantum se exténdunt grátiæ, et privilégia Ordini nostro indúlta, mihi commíssa, et vobis concéssa, ego absólvo vos, et restítuo vos sacrosánctis Sacraméntis Ecclésiæ, communióni, et unitáti Fidélium. In nómine Patris ✠ et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

ITem eádem auctoritáte absólvo vos ab omni transgressióne Régulæ, et Constitutiónum, et admonitiónum majórum vestrórum, et ab omni pœniténtia oblíta, et negléctа; et máxime a pœna, quæ debétur propter fractiónem siléntii inter duo Capítula. Si fuerit Prior Provincialis, vel ejus Vicarius, vel ab eo habuerit specialem facultatem, vel si fuerit Magister Ordinis, vel ejus Vicarius, addat: (Et in mensa.) Et ab ómnibus áliis, de quibus consuévit fieri absolútio in consimílibus Solemnitátibus, (vel Capítulis) ut sitis absolútæ hic, et ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, habeatísque vitam ætérnam, et vivátis in sécula seculórum. Amen. Postea pœnitentiam injungat ad libitum suum.

DE COMMUNIONE INFIRMI

FRATRIS, VEL SORORIS PER MODUM VIATICI.



Uando communicandus est Infirmus, fiat signum per ictus cum Campana Capituli, vel illa, qua solet pulsari primum signum ad Horas, aliqualiter tamen prolixius, quam sit primum signum ad Horas, et facto modico intervallo, iterum pulsetur eadem Campana, sed aliquantulum prolixius, quam prius. Sacrista interim provideat de Ministris, et de cereis pro comitantibus SS. Sacramentum, umbella, seu baldachino, et aliis necessariis. Congregatis Fratribus, Prælatus, vel ille, cui injunctum fuerit, indutus camisia, vel superpelliceo cum stola, vadat cum Conventu ex Sacristia ad Ecclesiam, præcedentibus Ceroferariis indutis superpelliceis, et cereis accensis: et accedens ad Altare, ubi servatur Corpus Christi, prius genua flectens, reverenter assumat Corpus Christi, et reponat in Pyxide ad hoc parata, cooperta proprio suo cooperculo (vel in Calice cooperto patena) et mappula munda: et imposito sibi prius super humeros oblongo velo decenti, accipiens utraque manu Vas cum SS. Sacramento, tectum extremitatibus veli humeris impositi, procedat capite discooperto sub umbella, seu baldachino (a dignioribus, vel quibus commissum fuerit, deferendo) ad Infirmum hoc ordine.

Primo procedant Ceroferarii, et alii duo Fratres sine superpelliceis, quorum unus portet laternam cum lumine, et nolam, pulsando eam: alter vero aquam benedictam, et ampullas cum vino, et aqua: deinde

sequatur Conventus incipiendo a junióribus: ultimo loco Sacerdos deferens Corpus Christi, dicens alternatim cum Conventu Psalmos Graduales: et circa Sacramentum aliqui Fratres gestent cereos accensos. Cum autem Sacerdos pervenerit ad Infirmum, dicat aliquantulum alte: **Pax huic Dómui.** Conventu respondente: **Et ómnibus habitántibus in ea.** Deinde deponat Pyxidem cum SS. Sacramento super corporale expansum super mensam coopertam linteo mundo, in qua sint duo Candelabra cum Cereis accensis, et cum Imagine Sanctissimi Crucifixi in medio eorum. Facta genuflexione, Sacerdos conversus ad Infirmum dicat Antiphonam: **Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor:** aspergendo Infirmum, et cubiculum aqua benedicta.

Deinde dicat. ℣. **Salvum fac servum tuum.**
℟. **Deus meus sperántem in te.**
℣. **Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.**
℟. **Et de Sion tuére eum.**
℣. **Nihil proficiat inimícus in eo.**
℟. **Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.**
℣. **Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.**
℟. **A fácie inimíci.**
℣. **Dómine exáudi oratiónem meam.**
℟. **Et clámor meum ad te veniat.**
℣. **Dóminus vobíscum.**
℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio.

Deus infirmitátis humánæ singuláre præsídium, auxílii tui super Infirmum nostrum osténde virtútem, ut ope misericórdiæ tuæ adjútus, Ecclésiæ tuæ sanctæ incólumis repræsentári mereátur. Per Christum.
℟. **Amen.**

Hac Oratione finita, Infirmus ad insinuationem Sacerdotis, qui facit Officium, roget humiliter Prælatum, et ceteros adstantes, ut si quid contra eos deliquit, ipsi misericorditer dimittatur, et Sacerdote ex parte Fratrum respondente, quod ei totum dimittitur; Infirmus dicat: Confiteor: vel si illud dicere nequiverit, tundens pectus suum, si commode poterit, dicat: Mea culpa, de ómnibus peccátis meis; Conventus vero pro ipso dicat Confiteor. et Sacerdos dicat: Misereátur tui. Postea Prælatus, sive faciat Officium, sive non, dicat: Absolutiónem. Si vero Prælatus absens fuerit, tunc Sacerdos faciens Officium, dicat: Absolutiónem.

Si Prælatus fuerit communicandus, similiter et ipse roget Fratres, ut ei dimittant, si quid circa illos deliquit: et ille, qui facit Officium, respondeat, ut supra. Deinde Prælatus dicat: Confiteor. et Conventus subjungat: Misereátur. et faciens Officium, dicat: Absolutiónem. Postmodum pariter Fratres rogent Prælatum, ut dimittat eis quidquid contra eum deliquerunt, et illo remittente, petant pariter ab ipso Absolutionem, et dicant: Confiteor. et ipse subjungat: Misereátur vestri. et Absolutiónem.

Si Prælatus infirmitate impediente loqui nequiverit, servetur circa eum id solum, quod circa alios superius notatum est.

His expeditis, Sacerdos proponat Infirmo Eucharistiam, et quærat ab eo: Credis, quod hic sit Christus Salvátor mundi? Et responso: Credo: porrigat ei Eucharistiam, dicens: Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat te, et perdúcat ad vitam ætérnam. Amen.

Postea abluat digitos in vase ad hoc præparato, eosque purificatorio tergat, et det Infirmo ablutionem. Quo facto dicat:

℣ Dóminus vobíscum. ℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Postea revertantur eo ordine, quo venerunt, ad Sacristiam, extinctis luminibus, et sine pulsu nolæ: nisi forte in casu, quo Corpus Domini contingeret reportari.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

AD ungendum Infirmum Fratrem fiant signa cum Campana, prout superius dictum est ad Communionem Infirmi **pag. 340.** Et Sacrista interim provideat de Fratribus, qui aquam benedictam, cereos, laternam cum lumine, et crucem sine hasta deferant. Fratribus congregatis, Prælatus, vel ille, cui injunctum fuerit, indutus superpelliceo cum stola violacea procedat ad Infirmum præcedente aqua benedicta, et duobus Ceroferariis in superpelliceis cum cereis ad Unctionem accendendis: deinde laterna cum lumine, subsequente Cruce: post Crucem sequatur Sacrista, qui Oleum Sanctum portet, quod semper sit in Ecclesia, vel Sacristia, et annuatim renovetur. Portet etiam in aliquo vase bombacium, seu gossypium, in sex globulos distinctum: vel tot particulas panni linei ad extergendas uncturas: postea sequatur qui facit officium cum libello Processionali: deinde sequatur totus Conventus in silentio, senioribus præcedentibus.

Cum autem qui facit officium pervenerit ad In-

firmum, dicat aliquantulum alte: **Pax huic dómui:** Et Conventus respondeat: **Et ómnibus habitántibus in ea;** postea aspergat Infirmum aqua benedicta, ut supra dictum est pag. 341. deinde dicat:

℣. **Dóminus vobíscum.** ℟. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus. Oratio.

Domine Deus, qui per Apóstolum tuum Jacóbum locútus es, dicens: Infirmátur quis in vobis, indúcat Presbyteros Ecclésiæ, et orent super eum: ungéntes eum Oleo sancto in nómine Dómini: et orátio fidei salvábit Infirmum, et alleviábit eum Dóminus; et si in peccátis sit, dimitténtur ei: quæsumus, Dómine Redémptor noster, grátia Spíritus sancti cura languóres istíus Infirmi, et sana ejus vúlnera, ac dimítte peccáta: atque cunctos dolóres cordis, et córporis ab eo expélle: et plenam ei intérius, exteriúsque sanitátem misericórditer redde: ut ope misericórdiæ tuæ restitútus, et sanátus, ad prístina reparétur officia. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. **Amen.**

Hac Oratione finita, et responso **Amen.** Infirmus, ut supra dictum est pag. 342. ad insinuationem illius, qui facit Officium, humiliter roget Prælatum, et ceteros, qui adstant, ut si quid contra eos deliquit, ei dimittat: nisi hoc factum fuerit ante Communionem. Postea dicat Infirmus: **Confiteor.** ut supra.

His expeditis, qui facit Officium, offerat Infirmo Crucem ad osculandum: qua sibi reddita, incipiat Antiphonam: **Intret orátio:** et Psalmum: **Dómine, ne in furóre:** et Conventus stando prosequatur ipsum, et reliquos Psalmos Pœnitentiales, terminando quemlibet per **Glória Patri.**

Dum autem hi Psalmi dicuntur, accedat ad Infirmum Sacerdos, et intincto dextro pollice Oleo Sancto, inungat ordinatim singulas partes in formam Cru-

cis, distribuendo verba formæ cujuscumque Unctionis ad ambas partes, quæ unguntur; primo faciens cum dicto pollice intincto crucem in oculis, dicens: **Per istam unctiónem etc.** deinde in auribus, in naribus, in ore clauso exterius, in utraque manu expansa, interius, si ungendus non sit Sacerdos: nam si Sacerdos est, ungitur in utraque manu expansa exterius, seu superius: inungitur etiam in utroque pede superius.

Quoties vero dicitur: **Per istam unctiónem,** detergatur unctura ab aliquo Fratre, cui Sacrista innuerit: et mutentur globuli bombacii, seu gossypii, vel panni in qualibet detersione, quos in vase mundo repositos postea Sacrista comburat, et cineres in piscinam projiciat.

FORMA SACRAMENTI EXTREMÆ UNCTIONIS.

Ad oculos.

PEr istam unctiónem ✠ et suam sanctam, ac piíssimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid deliquísti per Visum.

Ad Aures. **Per istam unctiónem ✠ et suam sanctam, ac piíssimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid deliquísti per Audítum.**

Ad nares. **Per istam unctiónem ✠ et suam sanctam, ac piíssimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid deliquísti per Odorátum.**

Ad os. **Per istam unctiónem ✠ et suam sanctam, ac piíssimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid deliquísti per Gustum.**

Ad manus. **Per istam unctiónem ✠ et suam san-**

ctam, ac piíssimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid deliquísti per Tactum.

Ad pedes. Per istam unctiónem ✠ et suam sanctam, ac piíssimam misericórdiam indúlgeat tibi Deus quidquid deliquísti per Gressum.

Peracta Unctione, Sacerdos detergat pollicem cum sale, et pane, et abluat digitos aqua in vase mundo, tergatque manutergio ad hoc ibidem a Sacrista præparato, et ipsa ablutio projiciatur in piscinam. Finitis Psalmis, subjungatur Antiphona: Intret orátio mea in conspéctu tuo: inclína aurem tuam ad preces nostras, Dómine. Postea dicat Sacerdos aliquantulum alte, sine nota, Pater noster, et Conventus silenter dicat ipsum. Quo finito, dicat Sacerdos alte ut supra.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvum fac servum tuum.
℟. Deus meus sperántem in te.
℣. Mitte ei, Dómine, auxílium de Sancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Nihil proficiat inimícus in eo.
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

QUæsumus, omnípotens Deus, ut sicut fámulo tuo Ezechíæ ter quinos annos ad vitam donásti, ita et hunc fámulum tuum a lecto ægritúdinis tua poténtia érigas ad salútem. Per Christum Dóminum.

Orémus. Oratio.

RÉspice, Dómine, fámulum tuum infirmitáte córporis laborántem, et ánimam réfove, quam creásti, ut castigatiónibus emendáta, contínue se séntiat tua medicína salvátam. Per Christum Dóminum.

Orémus. Oratio.

DEus, qui factúræ tuæ semper pio domináris afféctu, inclína aurem tuam supplicatiónibus nostris, et fámulum tuum ex advérsa valetúdine córporis laborántem placátus réspice, et vísita in salutári tuo, et cæléstis grátiæ præsta ei medicínam. Per Christum.

Orémus. Oratio.

DEus infirmitátis humánæ singuláre præsídium, auxílii tui super Infirmum nostrum osténde virtútem, ut ope misericórdiæ tuæ adjútus, Ecclésiæ tuæ sanctæ incólumis repræsentári mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

Orémus. Oratio.

DEus, qui humáno géneri et salútis remédium, et vitæ ætérnæ prémia contulísti, consérva fámulo tuo tuárum dona virtútum, et concéde, ut medélam tuam non solum in córpore, sed étiam in ánima séntiat. Per Christum Dóminum nostrum.

Orémus. Oratio.

VIrtútum cæléstium Deus, qui ab humánis corpóribus omnem languórem, et omnem infirmitátem præcépti tui potestáte depéllis, adésto propítius huic fámulo tuo, ut fugátis infirmitátibus, et víribus recéptis, Nomen sanctum tuum instauráta prótinus sanitáte benedicat. Per Christum Dóminum nostrum.

Orémus. Oratio.

DOmine sancte Pater omnípotens, ætérne Deus, qui fragilitátem humánæ conditiónis infúsa virtútis tuæ dignatióne confirmas, ut salutáribus remédiis

córpora nostra, et membra vegeténtur, super hunc fámulum tuum propítius inténde, ut omni necessitáte corpóreæ infirmitátis exclúsa, grátia in eo prístinæ sanitátis perfécta reparétur. Per Christum.

Deinde qui facit Officium, faciat Absolutionem Infirmo sub hac forma.

DOminus Jesus Christus, qui dixit discípulis suis: Quæcúmque ligavéritis super terram, erunt ligáta et in cælis: et quæcúmque solvéritis super terram, erunt solúta et in cælis: de quorum número nos, quamvis indígnos, esse voluit, ipse te absólvat per ministérium nostrum ab ómnibus peccátis tuis, quæcúmque cogitatióne, vel locutióne, atque operatióne negligénter egísti: atque a néxibus peccatórum tuórum absolútum perdúcere dignétur ad regna cælórum. Qui vivit, et regnat cum Deo Patre.

Absolutio, seu Indulgentiæ impartiendæ Confratribus SS. Rosarii in articulo mortis habentur pag. 335.

Forma Absolutionis in mortis articulo, vel alias, cum Confessarius habet plenissimam potestatem a Pontifice, habetur pag. 334. et 336.

EXpletis Orationibus, et dicta Absolutione, si tunc non est communicandus Infirmus, dicat Sacerdos: ℣ Dóminus vobíscum. Orémus. Oratio. Exáudi nos, Dómine sancte Pater. ut supra pag. 343.

Postmodum asperso infirmo aqua benedicta, relinquatur ibi Crux, et collocetur ita, ut Infirmus possit Crucifixum respicere. Et sic egredientibus Fratribus, Sacerdos, et Ministri ad Sacristiam revertantur.

Si Infirmus communicandus fuerit, finitis Psalmis, interim, dum Orationes dicuntur, exeat Sacerdos aliquis, cui Cantor innuerit, et cum duobus Ceroferariis, et aliquibus Fratribus, uno ex eis deferente nolam, adferat Communionem. Et facta Absolutione præ-

dicta, ille, qui facit Unctionis Officium, proposita sibi Eucharistia, communicet Infirmum secundum modum supra **pag. 342.** notatum in Communione. Quo facto, dicat: ℣ **Dóminus vobíscum. Orémus. Exáudi nos.** ut supra **pag. 343.**

Postmodum asperso Infirmo aqua benedicta, egrediantur Fratres, ut supra.

Si, antequam terminetur Officium Unctionis, Fratrem mori contigerit, statim cognita ejus morte, intermissis omnibus, incipiatur Commendatio Animæ, **Subveníte:** sicut infra **pag. 358.**

DE COMMENDATIONE ANIMÆ IN TRANSITU FRATRIS.

CUm Frater penitus morti appropinquaverit, crebris ictibus pulsetur tabella in Claustro, et in aliis locis, si necesse fuerit. Et statim Fratres, ubicumque fuerint, accurrant omnes ad morientem, dicentes: **Credo in Deum etc.** et prosequantur totum, tam alte, ut possit audiri, repetendo quousque ad Infirmum pervenerint. Et si nox fuerit, provideat Sacrista, ut candelæ accendantur in via, qua itur ad Infirmariam: Custodes tamen remaneant in Ecclesia, in Dormitorio, et in Claustro, si necesse fuerit. Sacrista autem deferat Prælato Stolam, et Collectarium; et mittat fratres, qui deferant Crucem, si ibi non fuerit, et aquam benedictam.

Si Fratres ad refectionem sederint, et fuerint in principio refectionis, vel in medio, audito signo, velociter exeant omnes, et non dicatur: **Tu autem,** Refectorario ad custodiam Refectorii remanente. Si vero sint circa finem refectionis, innuente Priore di-

catur: Tu autem. Et dicto breviter Versu: Confiteántur. vel Memóriam. subjungente Hebdomadario: Agimus tibi grátias, vel Benedíctus Deus in donis, etc. absque Psalmo, statim exeant dicentes: Credo in Deum: ut supra. Si autem in Oratorio fuerint ad Missam, vel Canonicas Horas, prius exeant illi, quibus ipse Prior innuerit: ceteri vero complentes incœptum, sequantur illos. Qui autem primi ad morientem venerint, statim incipiant Litanias, quas legat Sacerdos cum stola, et ceteri respondeant, hoc modo:

Kyrie eléison. ℟ Kyrie eléison.
Christe eléison.
℟ Christe eléison.
Kyrie eléison.
℟ Kyrie eléison.
Christe audi nos.
℟ Christe exáudi nos.
Pater de cælis Deus, miserére ei.
℟ Pater de cælis Deus, miserére ei.
Fili Redémptor mundi Deus, miserére ei.
℟ Fili Redémptor etc.
Spíritus sancte Deus, miserére ei.
℟ Spíritus sancte etc.
Sancta Trínitas unus Deus, miserére ei.
℟ Sancta Trínitas etc.
Sancta María.
℟ Ora pro eo.
Sancta Dei Génitrix, ora pro eo.
Sancta Virgo Vírginum, ora pro eo.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes sancti Angeli, et Archángeli, oráte pro eo.
Omnes sancti beatórum Spirítuum órdines, oráte pro eo.
Sancte Joánnes Baptísta, ora pro eo.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriárchæ, et Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.

Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Marce, ora.
Sancte Luca, ora.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Cornéli, ora.
Sancte Cypriáne, ora.
Sancte Laurénti, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancte Dionysi cum sóciis tuis, ora.
Sancte Mauríti cum sociis tuis, ora.
Sancte Januári cum sóciis tuis, ora.
Sancti Fabiáne, et Sebastiáne, oráte.
Sancti Cosma, et Damiáne, oráte.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Petre, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Sylvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Pie, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Sancte Antoníne, ora.
Sancte Pater Domínice, ora pro eo.
Sancte Pater Domínice, ora pro eo.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancte Hyacínthe, ora.
Sancte Raymúnde, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Francísce, ora.
Omnes sancti Confessóres, oráte.
Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Martha, ora.
Sancta Felícitas, ora.
Sancta Perpétua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucía, ora.
Sancta Agnes, ora.

Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Margaríta, ora.
Sancta Ursula cum sodálibus tuis, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Rosa, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Catharína, ora.
Omnes sanctæ Vírgines, et Víduæ, oráte.
Omnes Sancti, oráte.
Propítius esto,
℟. Líbera eum Dómine.
A damnatióne perpétua,
℟. Líbera eum Dómine.
A subitánea, et improvísa morte, líbera.
Ab imminéntibus peccatórum suórum perículis, líbera.
Ab infestatiónibus dæmonum, líbera.
Per Mystérium Sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Passiónem, et Crucem tuam, líbera.
Per gloriósam Resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera.
Per grátiam sancti Spíritus Paracléti, líbera.
In Die judícii, líbera.
Peccatóres,
℟. Te rogámus audi nos.
Ut iracúndiæ tuæ flagélla ab eo amóveas, te rogámus.
Ut ejus spíritum a loco angústiæ líberes, te rog.
Ut eum in regióne vivórum ætérnis gáudiis conforéri júbeas, te rogámus.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus.
Fili Dei, te rogámus.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi.
℟. Parce ei Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi.
℟. Líbera eum Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi.
℟. Miserére ei.

Deinde ab omnibus communiter dicatur: Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Et in secreto: Pater noster. Quo dicto dicat Sacerdos:

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Salvum fac servum tuum.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére eum.
℣. Nihil profíciat inimícus in eo.
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, Conservátor animárum, qui quos díligis córripis, et quos récipis pie ad emendatiónem coérces, te invocámus, Dómine, ut fámulo tuo, qui in córpore pátitur membrórum debilitátem, grátiam tuam conférre dignéris, ut in hora éxitus sui de córpore absque mortális peccáti mácula tibi Datóri próprio per manus sanctórum Angelórum tuórum ejus ánima repræsentári mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Finitis Litaniis, si Frater, vel Soror adhuc vixerit, dicat Sacerdos sequentem commendationem, quæ est secundum usum Romanæ Ecclesiæ.

PRoficíscere ánima Christiána de hoc mundo: In nómine Dei Pa ✠ tris omnipoténtis, qui te creávit: In nómine Je ✠ su Christi Fílii Dei vivi, qui pro te passus est: In nómine Spíritus ✠ Sancti, qui in te effúsus est: In nómine Angelórum, et Archangelórum: In nómine Thronórum, et Dominatiónum: In nómine Principátuum, et Potestátum: In nómine Chérubim, et Séraphim: In nómine Patriarchárum, et

Prophetárum: In nómine sanctórum Apostolórum, et Evangelistárum: In nómine sanctórum Mártyrum, et Confessórum: In nómine sanctórum Monachórum, et Eremitárum: In nómine sanctárum Vírginum, et ómnium Sanctórum, et Sanctárum Dei, hódie sit in pace locus tuus: et habitátio tua in sancta Sion. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟ Amen.

Orémus. Oratio.

DEus misericors, Deus clemens, Deus qui secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, et præteritórum críminum culpas vénia remissiónis evácuas: réspice propítius super hunc fámulum tuum N. et remissiónem ómnium peccatórum suórum tota cordis confessióne poscéntem, deprecátus exáudi. Rénova in eo, piíssime Pater, quidquid terréna fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabólica fráude violátum est, et unitáti córporis Ecclésiæ membrum redemptiónis annécte. Miserére, Dómine, gémituum, miserére lacrymárum ejus: et non habéntem fidúciam, nisi in tua misericórdia, ad tuæ sacraméntum reconciliatiónis admítte. Per Christum Dóminum nostrum.

℟ Amen.

COmméndo te omnipoténti Deo, charíssime frater, et ei, cujus es creatúra, commítto, ut cum humanitátis débitum morte interveniénte persólveris, ad Auctórem tuum, qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egrediénti ítaque ánimæ tuæ de córpore spléndidus Angelórum cœtus occúrrat: judex Apostolórum tibi senátus advéniat: candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet: et liliáta rutilántium te Confessórum turma circúmdet: jubilántium te Vírginum chorus excípiat: et beátæ quiétis in sinu Pa-

triarchárum te compléxus adstríngat: mitis, atque festívus Christi Jesu tibi aspéctus appáreat, qui te inter assisténtes sibi júgiter interésse decérnat. Ignóres omne, quod horret in ténebris, quod stridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus sátanas cum satellítibus suis: in advéntu tuo, te comitántibus Angelis, contremíscat, atque in ætérnæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus, et fúgiant, qui odérunt eum, a fácie ejus. Sicut déficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei: et justi epuléntur, et exúltent in conspéctu Dei. Confundántur ígitur, et erubéscant omnes tartáreæ legiónes, et minístri sátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te a cruciátu Christus, qui pro te crucifixus est. Líberet te ab ætérna morte Christus, qui pro te mori dignátus est. Constítuat te Christus Fílius Dei vivi intra Paradísi sui semper amœna viréntia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnóscat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te absólvat, atque ad déxteram suam in Electórum suórum te sorte constítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas, et præsens semper assístens, manifestíssimam beátis óculis aspícias veritátem. Constitútus ígitur inter ágmina Beatórum, contemplatiónis Divínæ dulcédine potiáris in sécula seculórum. ℟ Amen.

Oratio.

SUscipe, Dómine, servum tuum in locum sperándæ sibi salvatiónis e misericórdia tua.

℟ Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui ex ómnibus perículis inférni, et de láqueis pœnárum, et ex ómnibus tribulatiónibus.

℟ Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Henoc, et Elíam de commúni morte mundi.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Noe de dilúvio. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Abraham de Ur Chaldæórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Job de passiónibus suis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Isaac de hóstia, et de manu patris sui Abrahæ.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Lot de Sódomis, et de flamma ignis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Móysen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti tres púeros de camíno ignis ardéntis, et de manu regis iníqui. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Susánnam de falso crímine. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti David de manu regis Saul, et de manu Golíæ.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam servi tui, sicut liberásti Petrum, et Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et sicut beatíssimam Theclam vírginem, et mártyrem tuam de tribus atrocíssimis torméntis liberásti, sic liberáre dignéris ánimam hujus servi tui, et tecum fácias in bonis congaudére cæléstibus.

℟. Amen.

Oratio.

COmmendámus tibi, Dómine, ánimam fámuli tui N. precamúrque te Dómine Jesu Christe, Salvátor mundi, ut propter quam ad terram misericórditer descendísti, Patriarchárum tuórum sínibus insinuáre non rénuas. Agnósce, Dómine, creatúram tuam, non a diis aliénis creátam, sed a te solo Deo vivo, et vero, quia non est álius Deus præter te, et non est secúndum ópera tua. Lætífica, Dómine, ánimam ejus in conspéctu tuo, et ne memíneris iniquitátum, et ebrietátum, quas suscitávit furor, sive fervor mali desidérii. Licet enim peccáverit, tamen Patrem, et Fílium, et Spíritum sanctum non negávit, sed crédidit, et zelum Dei in se hábuit, et Deum, qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

Oratio.

DElícta juventútis, et ignorántias ejus, quæsumus, ne memíneris Dómine, sed secúndum magnam misericórdiam tuam memor esto illíus in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cæli, collæténtur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, servum tuum súscipe. Suscípiat eum sanctus Michael Archángelus Dei, qui milítiæ cæléstis méruit principátum. Véniant illi óbviam sancti Angeli Dei, et perdúcant eum in civitátem cæléstem Jerúsalem. Suscípiat eum Beátus Petrus Apóstolus, cui a Deo claves Regni cæléstis tráditæ sunt. Adjuvet eum sanctus Páulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electiónis. Intercédat pro eo sanctus Joánnes eléctus Dei Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cæléstia. Orent pro eo omnes sancti Apóstoli, quibus a Dómino data est potéstas ligándi, atque solvéndi. Intercédant pro eo omnes Sancti, et Elécti Dei, qui pro Christi Nómine torménta in hoc século sustinuérunt; ut vínculis carnis exútus, perveníre mereátur

ad glóriam regni cæléstis: præstánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, et Spíritu sancto vivit, et regnat. ℟ Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicantur hi Psalmi, videlicet: Psalm. 117. C**onfitémini Dómino:** et totus Psalm. 118. B**eáti immaculáti:** per horas distributus, sine **Glória Patri.**

Si autem, expletis his omnibus, nondum obierit, recedant, relinquentes ibi Crucem, et aquam benedictam. Et Prior de aliquibus Fratribus provideat, qui remaneant ibidem, et dicant Psalterium sine **Glória Patri, etc.** Qui cum certo signo viderint Fratrem in proximo moriturum, iterum percussa tabella, advocent Fratres: et repetant commendationem animæ, ut supra. Totum autem commendationis Officium dicatur legendo distincte, quoadusque egressa anima, inchoandum fuerit a Cantore ℟ **Líbera.**

DE OFFICIO POST OBITUM FRATRIS.

IMmediate egressa anima, terminent Fratres Psalmos, quos dicebant, per **Réquiem,** et fiat commendatio a Sacerdote cum stola incipiente sequens ℟ et ℣ sine cantu, et alii Fratres illud prosequantur.

℟ **Subveníte Sancti Dei, occúrrite Angeli Dómini:* S**uscipiéntes ánimam ejus,** O**fferéntes eam in conspéctu Altíssimi.**

℣ **Suscípiat te Christus, qui vocávit te, et in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te:*** S**uscipiéntes.**

℣ **Réquiem ætérnam dona ei Dómine: et lux perpétua lúceat ei.** O**fferéntes.**

Deinde: Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secreto.

℣ Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟ Sed líbera nos a malo.
℣ Réquiem ætérnam dona ei Dómine.
℟ Et lux perpétua lúceat ei.
℣ A porta ínferi.
℟ Erue Dómine ánimam ejus.
℣ Requiéscat in pace.
℟ Amen.
℣ Dómine exáudi oratiónem meam.
℟ Et clamor meus ad te véniat.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam fámuli tui N. ut defúnctus século, tibi vivat, et quæ per fragilitátem humánæ conversatiónis peccáta commísit, tu vénia misericordiosíssimæ pietátis abstérge. Per Christum. ℟ Amen.

Orémus. Oratio.

Misericórdiam tuam, Dómine sancte Pater omnípotens ætérne Deus, pietátis afféctu pro áliis rogáre cógimur, qui pro nostris supplicáre peccátis nequáquam sufficimus: tamen de tua confisi gratúita pietáte, et sólita benignitáte, cleméntiam tuam depóscimus, ut ánimam servi tui ad te reverténtem cum pietáte suscípias: adsit ei Angelus testaménti tui Míchael; et per manus sanctórum Angelórum inter Sanctos, et Eléctos tuos in sínibus Abrahæ, Isaac, et Jacob Patriarchárum tuórum eam collocáre dignéris: quátenus liberáta de princípibus tenebrárum, et locis pœnárum, nullis jam primævæ nativitátis, vel ignorántiæ, aut própriæ iniquitátis, seu fragilitátis confun-

dátur erróribus: sed pótius agnoscátur a tuis, et sanctæ Beatitúdinis réquie perfruátur, atque cum magni judícii dies advénerit, inter Sanctos, et Eléctos tuos resuscitátus, glória manaféstæ contemplatiónis tuæ perpétuo satiétur. Per Christum. ℟ Amen.

Deinde Sacerdos incipiat Antiph. Suscípiat. Et sequent. Psalm. quem ceteri prosequantur. Psalm. 113. In éxitu Israel. et in fine ℣ Réquiem.

Quo dicto dicatur Antiphona: Suscípiat te Christus, qui vocávit te: et in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te.

Interim Prælatus provideat quomodo corpus involvatur: et si necesse fuerit, ab aliquibus in secreto lavetur. Est autem sepeliendus Frater cum tunicella, caligis, soccis, tunica, cingulo, scapulari, cappa, et caputio, decenter aptatis; cautela circa prædicta, ne defluant, vel nimis stricte circa corpus applicentur: manibus in modum Crucis dispositis. Est etiam habendum proprium feretrum, honestum, sed humile, corporis capax, eique commensuratum, habensque Crucem signatam in parte superiori coopertorii, quo corpus tegitur. Cum autem corpus involvitur, Fratres seorsum a Defuncto ordinati, prout locus permiserit, Commendationis Officium prosequantur. Sacrista vero provideat de thuribulo, et cereis, et Cantor de Fratribus, qui hæc, et aquam benedictam, et Crucem deferant.

Dicta post Psalm. Antiph. dicat Sacerdos.

Orémus. Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, qui humáno córpori ánimam ad similitúdinem tuam inspiráre dignátus es, dum te jubénte pulvis in púlverem revértitur, tu imáginem tuam cum Sanctis, et Eléctis tuis ætérnis sédibus præcípias sociári: eámque de Ægypti párti-

bus ad te reverténtem blande, lenitérque suscípias; et Angelos tuos sanctos ei óbviam mittas: viámque illi justítiæ demonstráre, et portas glóriæ tuæ aperíre dignéris. Repélle, quæsumus Dómine, ab ea omnes príncipes tenebrárum, et agnósce depósitum, quod tuum est: súscipe, Dómine, creatúram tuam non a diis aliénis creátam, sed a te solo Deo vivo, et vero, quia non est álius Deus præter te, Dómine, et non est secúndum ópera tua: lætífica, clementíssime Deus, ánimam servi tui, et clarífica eam in multitúdine misericórdiæ tuæ: ne memíneris, quæsumus, iniquitátum ejus antiquárum, et ebrietátum ejus, quas suscitávit furor, vel fervor mali desidérii: licet enim peccáverit, tamen te non negávit, sed signo fidei insignítus, te, qui ómnia, et eum inter ómnia fecísti, fidéliter adorávit. Qui vivis, et regnas per ómnia sécula seculórum. ℟ Amen.

Deinde incipiat Sacerdos Antiphonam: Chorus Angelórum. et Psal. Diléxi, quóniam. quem prosequatur Conventus, sicut et alios hic notatos. In fine omnium dicatur ℣ Réquiem.

Poterunt Fratres sedere, dum dicunt hos Psalm. Antiph. Chorus. Psalm. 114. Diléxi. Psalm. 115. Crédidi. Psalm. 116. Laudáte Dóminum omnes gentes. Psalm. 117. Confitémini. Psalm. 118. Beáti immaculáti. usque ad Psalm. Ad Dóminum cum tribulárer clamávi. Finitis Psalmis stent, et subjungant Antiph. Chorus Angelórum eum suscípiat, et in sinu Abrahæ eum cóllocet: ut cum Lázaro quondam páupere ætérnam hábeat réquiem.

Orémus. Oratio.

DIri vúlneris novitáte percússi, et quodámmodo córdibus sauciáti, misericórdiam tuam, mundi Redémptor, flebílibus vócibus implorámus, ut Fra-

tris nostri N. ánimam ad tuam cleméntiam, qui Fons pietátis es, reverténtem, blande, lenitérque suscípias: et quas illa ex carnáli commoratióne contráxit máculas, tu Deus sólita benignitáte cleménter déleas, pie indúlgeas, oblivióni in perpétuum tradas, atque hanc laudem tibi cum céteris redditúram, et ad corpus quandóque reversúram, Sanctórum tuórum cœtibus aggregári præcípias. Qui vivis, et regnas per ómnia sécula seculórum. ℟ Amen.

Postea dicatur Pater noster.

℣ Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟ Sed líbera nos a malo.
℣ Non intres in judícium cum servo tuo Dómine.
℟ Quóniam non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.
℣ A porta ínferi.
℟ Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣ Dómine exáudi oratiónem meam.
℟ Et clamor meus ad te véniat.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

PArtem beátæ Resurrectiónis obtíneat, vitámque ætérnam habére mereátur in cælis per te, Jesu Christe Salvátor mundi, qui cum Patre, et Spíritu sancto vivis, et regnas Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟ Amen.

Orémus. Oratio.

DEus, cui soli cónvenit medicínam præstáre post mortem, præsta quæsumus, ut ánima fámuli tui terrénis exúta contágiis, in tuæ Redemptiónis parte numerétur. Per Christum. ℟ Amen.

Oremus. Oratio.

FIdélium, Deus, ómnium Cónditor, et Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum, ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre in unitáte etc. ℟ Amen.

Et hic Commendationis finitur Officium: quo completo, dicant horas Canonicas, si dicéndæ fuerint: quibus dictis, vel si dicendæ non fuerint, statim incipiatur Psalterium.

DE DELATIONE CORPORIS FRATRIS DEFUNCTI AD ECCLESIAM.

INvoluto corpore, et in feretro collocato, congregatis circa ipsum Fratribus, dimittatur psalmodia: finito tamen Psalmo incœpto per ℣ Réquiem ætérnam.

Tunc Sacerdos resumat stolam, si eam deposuit, et aspergat corpus aqua benedícta, et thurificet, et postea dicat.

℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

SUscipe, Dómine, ánimam servi tui, quam de ergástulo hujus séculi vocáre dignátus es, et líbera eam de princípibus tenebrárum, et de locis pœnárum, ut absolúta ómnium vínculo peccatórum, quiétis ætérnæ beatitúdine perfruátur, et inter Sanctos, et Eléctos tuos in Resurrectiónis glória resuscitári mereátur. Per Christum.

Hac Oratione dicta, Cantor incipiat ℟ Líbera me Dómine. cum cantu, et Conventus prosequatur cum

versibus, et resumptionibus a cantore incipiendis: et tunc campana pulsetur, et sic deferatur corpus in Ecclesiam, tali ordine, ut aqua benedicta præcedat, postea Thuriferarius, deinde Ceroferarii, postea Crux sequatur in medio. Post Crucem incedant Fratres eo ordine, quo stant in Choro, præcedentibus junioribus: post omnes Sacerdos cum stola: ultimo Defunctus a quatuor Fratribus, quibus Cantor innuerit, deferatur, quos et Conversi sequentes poterunt adjuvare.

Venientes in Ecclesiam, deponant corpus in Choro, ita ut facies Defuncti altare respiciat. Deinde illi, qui portant aquam benedictam, et thuribulum, ordinent se ad pedes Defuncti, unus hinc, et alius inde, versis ad se mutuo vultibus: Ceroferarii vero ordinent se ad caput versis vultibus ad Altare. Frater, qui Crucem defert, collocet eam ad caput Defuncti, verso vultu Crucifixi ad caput Defuncti: et post Crucem stet Sacerdos.

Finito ℟ Líbera me: cum ℣℣ et resumptionibus, dicat alta voce.

℣ A porta ínferi.
℟ Erue Dómine ánimam ejus.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

INclína Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur, ut ánimam fámuli tui, quam de hoc século migráre jussísti, in pacis, ac lucis regióne constítuas, et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum. ℟ Amen.

Si Frater defunctus fuerit Sacerdos, vel Episcopus, dimissa præcedenti Oratione, dicatur:

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum Pontificáli (vel Sacerdotáli) fecísti dignitáte vigére, præsta quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Christum Dóminum.
℟ **Amen.**

Si fuerit Femina.
Oratio.

QUæsumus, Dómine, pro tua pietáte, miserére ánimæ fámulæ tuæ, et a contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Christum. ℟ **Amen.**

Hac Oratione finita, ponantur duo cerei accensi super candelabra circa Crucem hinc, et inde, et aqua benedicta, et thuribulum, sicut commode poterunt, collocentur ibidem.

Porro si Fratres refectionem intermiserant, redeant ad illam: ita tamen, ut nola non pulsetur, nec benedictio repetatur: sed lector incipiat, ubi dimiserat: quod etiam fiat in Quadragesima. Provideat autem Prior, ne corpus solum remaneat, sed aliqui Fratres ibi Psalterium legant. Quod si refectionem non intermiserint, finita Oratione supradicta Inclína: vel Deus qui, vel Quæsumus etc. residentes in choro incipiant Psalterium, ubi in Infirmitorio dimiserant.

Horas suas suis temporibus, Psalterium intermittentes, diligenter cantent: et expletis Horis, incipiant in Psalterio, ubi dimiserant.

Si tali hora obierit, ut pro eo Missa celebrari possit in Conventu, eo die sepeliatur: sin autem, in crastinum reservetur; vel eodem die sepeliatur post Vesperas, maxime in æstate. Si autem in hora vespertina moriatur, in crastinum reservetur.

Cum vero in crastinum reservatur, agantur in nocte circa eum vigiliæ, hoc modo: Sacrista noctem

dividat in duas vigilias communiter, prout poterit. In prima vigilia vigilet dexter Chorus, dicendo Psalterium. Et circa finem primæ vigiliæ, cum eis visum fuerit, dicant Matutinas suas legendo. Quibus dictis, cum prima vigilia transacta fuerit, pulsentur Matutinæ: et aliis Fratribus in Chorum venientibus, eant dormitum, qui vigilaverant. Qui vero illa hora surrexerint, Matutinarum Officium cantando expleant. Quo finito, et dicto ℟ Pretiósa: vigilent sicut primi, dicendo Psalterium.

Nullus Fratrum mittatur extra, usquequo Defunctus sepeliatur, nisi magna necessitas immineat. Quamdiu etiam corpus est in Choro non sedeant Fratres in cellis, vel in locutorio, sed stent circa corpus, et dicant Psalterium. Qui officiis deputati sunt, assistant Defuncto quantum poterunt.

Si competenter fieri potest, priusquam Frater sepeliatur, debet pro eo in Conventu celebrari Missa. Si non, quam citius commode poterit, celebretur solemniter pro eo.

Debent etiam pro ipso fieri Vigiliæ Mortuorum (Totum Officium Defunctorum) ipsa die, qua sepelitur, si pro eo factæ non fuerint a Conventu, antequam sepeliatur. Quod si nec ipsa die possint, fiant quam citius temporis opportunitas occurrerit. Prædictæ Vigiliæ sufficiant pro obligatione Hebdomadæ, neque Fratres ad alias illa Hebdomada teneantur.

Quæ superius scripta sunt servanda sunt circa Fratrem a Conventu, in quo moritur; sive in suo, sive in Conventu alieno moriatur. Si extra Conventum suum Frater obierit, audita morte ipsius, fiant nihilominus pro eo dictæ Vigiliæ in suo Conventu; et Missa similiter celebretur. Quæ etiam facienda sunt pro Magistro Ordinis per totum Ordinem, et pro Priore

Provinciali in quolibet Conventu Provinciæ sibi commissæ, audita morte ipsorum. Missam pro Fratre defuncto, si commode potest, debet Prælatus major cantare, et totum Officium facere. Fratres hospites, et infirmi, qui commode possunt, ad exitum morientis, et ad sepulturam veniant, et stent in ordine suo. Quidquid pro Fratre defuncto fiet, de Oratione Psalterii, antequam sepulturæ tradatur, erit præter hoc, quod ei ex Constitutionibus debetur. Dies obitus Magistri Ordinis, sive in Magisterio moriatur, sive ante mortem a Magisterio fuerit absolutus, scribatur in Libro Martyrologii ad finem, et singulis annis recitetur, hoc modo: Obitus Fratris N. Ordinis nostri Generális Magístri secúndi, vel tértii, et sic deinceps: et fiant pro eo Orationes, secundum quod devotio Prælati, et Fratrum judicaverint esse faciendum.

OFFICIUM SEPULTURÆ DEFUNCTI FRATRIS VEL SORORIS.

Cum deferendus est Frater defunctus ad sepeliendum, debet paullo ante Sacrista signum ad convocandos Fratres in Chorum, pulsare, et stolas cum libellis processionalibus Sacerdotibus distribuere: Cantor vero debet de Ministris ad hoc Officium necessariis providere. Distributis stolis, et libellis, sive Missa sit celebrata tunc, sive non, præcedentibus Ceroferariis in superpelliceis, Sacerdos, et Diaconus ferens libellum, et Subdiaconus induti Albis cum stolis, et manipulis, venientes ordinent se ad caput Defuncti hoc modo: ut Sacerdos sit in medio post Crucem, et Diaconus tenens libellum a dexteris ejus, et juxta eum alter Acolythorum, et Subdiaconus cum

altero Acolythorum a sinistris: alii vero duo ordinent se ad pedes, versis a se mutuo vultibus: quorum unus aquam benedictam, alius thuribulum teneat, ministraturi ea, cum necesse fuerit, Sacerdoti. Deinde quatuor Fratres, quibus dictum fuerit a Cantore, qui delaturi sunt corpus, induti Albis sine stolis, et manipulis, ordinent se juxta feretrum hinc, et inde. Et tunc sine Dóminus vobíscum, et Orémus, dicat Sacerdos voce mediocri Orationem sequentem, eo modo, quo solent dici Orationes ad Horas diei. Ceteri vero Sacerdotes, qui libellos tenent, dicant Orationem hanc, et alias, quæ post Responsoria sequuntur, in silentio.


Oratio.

NOn intres in judícium cum servo tuo (vel **ancílla tua) Dómine, quóniam nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio: non ergo eum (** vel **eam) tua judiciális senténtia premat, quem (** vel **quam) tibi vera supplicátio fidei Christiánæ comméndat: sed grátia tua illi succurrénte, mereátur evádere judícium ultiónis: qui (** vel **quæ) dum víveret, insignítus (** vel **insignita) est signáculo sanctæ Trinitátis. Per Christum.**


℟ Amen.

Hac Oratione finita, et responso a Conventu, Amen, Cantores incipiant ℟ Subveníte. et Conventus illud prosequatur. ℣ cantabunt ipsi Cantores, vel alii duo, quibus injunctum fuerit a Cantore. Dum cantatur ℟ Sacerdos accipiens Aspersorium de manu Fratris, aspergat corpus aqua benedicta: et postea thurificet illud.

RESPONSORIUM.




Subve ní te Sancti De i,




oc cúr ri te An ge li Dó




mi ni, susci pi éntes á ni mam e jus,




offe réntes e am * In con spé ctu




Al tís si mi.



℣ Cho rus Ange ló rum e am




su scí pi at, et in sinu A bra hæ





Post resumptionem Cantores incipiant: **Kyrie eléison,** et Conventus prosequatur:





Deinde dicat Sacerdos eo modo, quo supra.

Orémus. Oratio.

DEus, cui ómnia vivunt, et cui non péreunt moriéndo córpora nostra, sed mutántur in mélius, te súpplices deprecámur, ut quidquid ánima fámuli tui (vel **fámulæ tuæ**) **vitiórum, tuæque voluntáti contrárium, fallénte diábolo, et própria iniquitáte, atque fragilitáte contráxit; tu pius, et misericors ábluas indulgéndo, eámque súscipi júbeas per manus sanctórum Angelórum tuórum deducéndam in sinum Patriarchárum tuórum, Abrahæ scílicet amíci tui, et Isaac elécti tui, atque Jacob diléctí tui, quo aufúgit dolor, et tristítia, atque suspírium: fidélium quoque**


ánimæ felíci jucunditáte lætántur, et in novíssimo magni judícii die inter Sanctos, et Eléctos tuos eam fácias perpétuæ glóriæ percípere portiónem, quam óculus non vidit, nec áuris audívit, et in cor hóminis non ascéndit, quam præparásti diligéntibus te. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Finita Oratione sequitur ℟ Antequam: inchoandum, et cantandum, ut supra, et Sacerdos aspergat corpus, et thurificet.

RESPONSORIUM.



Antequam náscerer, no ví sti me: ad i má-




ginem tu am, Dó mi ne, formá sti me: *




Mo do red do ti bi Cre a-



tó ri á ni mam me am.



℣ Com mís sa me a pavés co,





Finita resumptione dicatur: Kyrie eléison. ut supra pag. 370. et Sacerdos dicat eo modo, quo supra.

Orémus. Oratio.

FAc, quæsumus Dómine, hanc cum servo tuo defúncto (vel ancílla tua defúncta) misericórdiam, ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui (vel quæ) tuam in votis ténuit voluntátem; et quia hic illum (vel illam) vera fides junxit fidélium turmis, illic eum (vel eam) miserátio tua sóciet Angélicis Choris. Per Christum. ℟. Amen.

Oratione finita, dicat Sacerdos alta voce.





℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

INclína, Dómine, áurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur, ut ánimam fámuli tui, quam de hoc século migráre jussísti, in pacis, ac lucis regióne constítuas, et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum.
℟. Amen.

Si vero Episcopus, vel Sacerdos fuerit, dicatur

Orémus. Oratio.

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum Sacerdotáli (vel Pontificáli, si fuerit Episcopus) fecísti dignitáte vigére, præsta quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Christum. ℟. Amen.


Si fuerit Femina.

Oratio.

QUæsumus, Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ, et a contágiis mortalitátis exútam in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Christum. ℟. Amen.

Dum hæc Oratio dicitur, vel præcedens, Subdiaconus accipiat Crucem de loco suo, et Oratione finita, Sacerdos incipiat alte, sine nota, Antiph. Aperíte mihi: et Cantor Psal. 117. Confitémini Dómino: sicut infra notatum est: et Conventus ipsum prosequatur. Statimque egrediantur Fratres ad locum sepulturæ hoc ordine: Primo præcedat qui defert aquam benedictam: deinde Thuriferarius: postea Ceroferarii, et in medio eorum Subdiaconus ferens Crucem: deinde Fratres eo ordine, quo sunt in Choro, præ-

cedentibus junioribus: postea Diaconus ferens libellum: post ipsum Sacerdos: ultimo quatuor Fratres, qui corpus deferant, quos Fratres Conversi subsequentes poterunt adjuvare. Dum corpus ad tumulum portatur, campana pulsetur.



Antiph. A pe ri te. Psal. Con fi te mi ni Do mi no quo ni am bonus: * quoniam in seculum misericordia ejus.

Dicat nunc Israel, quoniam bonus: * quoniam in seculum misericordia ejus.

Dicat nunc domus Aaron; * quoniam in seculum misericordia ejus.

Dicat nunc, qui timent Dominum: * quoniam in seculum misericordia ejus.

De tribulatione invocavi Dominum: * et exaudivit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adjutor: * non timebo, quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adjutor: * et ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Domino: * quam confidere in homine.

Bonum est sperare in Domino: * quam sperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me: * et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me: * et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Circumdederunt me sicut apes, et exarserunt sicut ignis in spinis: * et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Impulsus eversus sum, ut caderem: * et Dominus suscepit me.

Fortitudo mea, et laus mea Dominus: * et factus est mihi in salutem.

Vox exultationis, et salutis: * in tabernaculis justorum.

Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me: * dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed vivam: * et narrabo opera Domini.

Castigans castigavit me Dominus: * et morti non tradidit me.

Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in eas confitebor Domino: * hæc porta Domini, justi intrabunt in eam.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: * et factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes: * hic factus est in caput anguli.

A Domino factum est istud: * et est mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dominus: * exultemus, et lætemur in ea.

O Domine salvum me fac, o Domine bene prosperare: * benedictus, qui venit in nomine Domini.

Benediximus vobis de domo Domini: * Deus Dominus, et illuxit nobis.

Constituite diem solemnem in condensis, * usque ad cornu Altaris.

Deus meus es tu, et confitebor tibi: * Deus meus es tu, et exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: * et factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino, quoniam bonus: * quoniam in seculum misericordia ejus.

Requiem æternam.

Deinde submisse legendo subjungatur Antiph.

Aperíte mihi portas justítiæ, et ingréssus in eas confitébor Dómino: hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.

Dum ad tumulum pervenerint, Sacerdos, et Ministri ordinent se ad caput fossæ modo supradicto, vel aliter, secundum aptitudinem loci, prout commode poterunt. Conventus vero ordinet se, sicut loci opportunitas permiserit. Deinde Sacerdos Officium peragens, Ministris sibi respondentibus, legendo dicat Orationes cum Psalm. et Antiph. infrascriptis. Alii vero Sacerdotes, qui libellos tenent, dicant eadem per se silenter. Ceteri autem Fratres, qui libellos non habent, bini, et bini dicant Psalmos Pœnitentiales, terminando quemlibet Psalmum per **Requiem:** et si necesse fuerit, addant quindecim Psalmos Graduales, vel omnes, vel aliquos ex eis. Finita Antiph. **Aperíte.** Sacerdos dicat.

Orémus. Oratio.

PIæ recordatiónis affléctu, Fratres charíssimi, commemoratiónem fácimus chari nostri (vel charæ nostræ) quem (vel quam) Dóminus de tentatiónibus hujus séculi assúmpsit: obsecrántes misericórdiam Dei nostri, ut ipse ei tribúere dignétur plácidam, et quiétam mansiónem, et remíttat omnes lúbricæ temeri-

tátis offénsas; ut concéssa vénia plenæ indulgéntiæ, quidquid in hoc século próprio, vel aliéno reátu delíquit, totum ineffábili pietáte déleat, et abstérgat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Sequitur Antiph. **Ingrédiar.**

Psalmus 41.

QUemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: * ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: * quando veniam, et apparebo ante faciem Dei.

Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die, ac nocte: * dum dicitur mihi quotidie; Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, et effudi in me animam meam: * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis, et confessionis: * sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea: * et quare conturbas me?

Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi: * Salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: * propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermoniim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat: * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui: * super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam: * et nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: * dicam Deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei: * et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea: * exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: ubi est Deus tuus: * quare tristis es anima mea, et quare conturbas me?

Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, et Deus meus.

Requiem æternam.

Finito Psalmo, dicatur Antiph. **Ingrédiar in domum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.**

Deinde Sacerdos dicat.

Orémus. Oratio.

OBsecrámus misericórdiam tuam, omnípotens ætérne Deus, qui hóminem ad imáginem tuam creá-

re dignátus es, ut ánimam fámuli tui, quem (vel fámulæ tuæ, quam) hodiérna die a rebus humánis éximi, et ad te accersíri voluísti, blande, et misericórditer suscípias: non ei dominéntur umbræ mortis, nec cóntegat eum (vel eam) chaos, et calígo tenebrárum: sed exútus (vel exúta) ómnium críminum labe, in sinu Abrahæ Patriárchæ collocátus (vel collocáta) locum lucis, et refrigérii se adéptum (vel adéptam) esse gáudeat: ut cum dies judícii advénerit, cum Sanctis, et eléctis tuis eum (vel eam) resuscitári júbeas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

Dicta hac Oratione, Sacerdos aspergat corpus aqua benedicta; postea fossam: deinde thurificet utrumque, et dicat Antiph. Hæc réquies, et Psal. Meménto. Duo autem ex his, qui corpus portaverunt, descendant in fossam, ad corpus suscipiendum, et duo remaneant ad deponendum: et cum dicitur Psalmus Meménto: deponant illud, et collocent supinum, positis pedibus ad Orientem, vel ad Meridiem, secundum fossæ dispositionem. Quo facto, egrediantur, qui descenderant in fossam.

Antiphona. Hæc réquies.

Psalmus 131.

Memento, Domine, David: * et omnis mansuetudinis ejus.

Sicut juravit Domino: * votum vovit Deo Jacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ: * si ascendero in lectum strati mei.

Si dedero somnum oculis meis: * et palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino: * tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata: * invenimus eam in campis sylvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus: * adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Domine, in requiem tuam: * tu, et arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur justitiam: * et sancti tui exultent.

Propter David servum tuum: * non avertas faciem Christi tui.
Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam: * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
Si custodierint filii tui testamentum meum: * et testimonia mea hæc, quæ docebo eos.
Et filii eorum usque in seculum: * sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit Dominus Sion: * elegit eam in habitationem sibi.
Hæc requies mea in seculum seculi: * hic habitabo, quoniam elegi eam.
Viduam ejus benedicens benedicam: * pauperes ejus saturabo panibus.
Sacerdotes ejus induam salutari: * et Sancti ejus exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu David: * paravi lucernam Christo meo.
Inimicos ejus induam confusione: * super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.
Requiem æternam.

Antiph. Hæc réquies mea in séculum séculi: hic habitábo, quóniam elégi eam.

Deinde dicat Sacerdos.

Orémus. Oratio.

DEus, apud quem mortuórum spíritus vivunt, et in quo Electórum ánimæ, depósito carnis ónere, plena felicitáte lætántur, præsta supplicatiónibus nostris, ut ánima fámuli tui (vel famulæ tuæ) quæ temporáli, per corpus, hujus lúminis cáruit visu, ætérno illíus solátio potiátur; non eam torméntum mortis attíngat, non dolor horréndæ visiónis afficiat, non pœnalis timor excrúciet, non reórum próxima caténa constríngat: sed concéssa sibi vénia delictórum ómnium, optátæ quiétis consequátur gáudia repromíssa. Per Christum. ℟. Amen.

Finita Oratione, Sacerdos inchoans Antiph. De terra plasmásti me. et Psalm. 138. Dómine probásti me: projiciat terram super corpus. Quo facto, qui ad hoc constituti sunt, operiant illud humo, vel claudant monumentum. Sacerdos prosequendo Psalmum incœptum, elonget se paullulum a fossa cum Ministris ante se ordinatis, prout commode poterunt.

Antiphona. De terra plasmásti me.

Psalmus 138.

Domine probasti me, et cognovisti me: * tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longe: * semitam meam, et funiculum meum investigasti.

Et omnes vias meas prævidisti: * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Domine, tu cognovisti omnia novissima, et antiqua: * tu formasti me, et posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: * confortata est, et non potero ad eam.

Quo ibo a spiritu tuo? * et quo a facie tua fugiam?

Si ascendero in cælum, tu illic es: * si descendero in infernum, ades.

Si sumpsero pennas meas diluculo: * et habitavero in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me: * et tenebit me dextera tua.

Et dixi: Forsitan tenebræ conculcabunt me: * et nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur: * sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos: * suscepisti me de utero matris meæ.

Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: * mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit nimis.

Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto: * et substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur: * dies formabuntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: * nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur: * exurrexi, et adhuc sum tecum.

Si occideris Deus peccatores: * viri sanguinum declinate a me.

Quia dicitis in cogitatione: * accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam: * et super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos: * et inimici facti sunt mihi.

Proba me Deus, et scito cor meum: * interroga me, et cognosce semitas meas.

Et vide, si via iniquitatis in me est: * et deduc me in via æterna.

Requiem æternam.

Antiph. De terra plásmasti me, et carne induísti me, Redémptor meus Dómine, resúscita me in novíssimo die.

Postea Sacerdos dicit Orationem.

Oratio.

ORémus, Fratres charíssimi, pro spíritu chari nostri, quem (vel charæ nostræ, quam) Dóminus de láqueo hujus séculi liberáre dignátus est, cujus corpúsculum hódie sepultúræ tráditur, ut eum (vel eam) píetas Dómini in sinu Abrahæ, Isaac, et Jacob collocáre dignétur, ut cum dies judícii advénerit, inter Sanctos, et Eléctos suos eum (vel eam) in parte déxtera collocándum (vel collocándam) resuscitári fáciat; præstánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, et Spíritu sancto vivit, et regnat Deus per ómnia sécula seculórum.

℟. Amen.

Hac Oratione finita (vel alia quacumque de subsequentibus, cum aliquam addere oportuerit) si corpus humatum fuerit, intermissis ceteris, Sacerdos dicat Orationem: Débitum humáni. ut infra pag. 381.

Orémus. Oratio.

DEus vitæ dator, et humanórum córporum reparátor, qui te a peccatóribus exorári voluísti, exáudi preces, quas speciáli devotióne pro ánima fámuli tui tibi lacrymabíliter fúndimus, ut liberáre eam ab inferórum cruciátibus, et collocáre inter ágmina Sanctórum tuórum dignéris: veste quoque cæléstì, et stola immortalitátis índui, et Paradísi amœnitáte confovéri júbeas. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Orémus. Oratio.

DEus, qui humanárum animárum ætérnus amátor es, ánimam fámuli tui, quæ veram, dum in córpore manéret, ténuit Fidem, ab omni cruciátu inferórum redde extórrem, ut segregáta ab infernálibus cláustris, Sanctórum mereátur adunári consórtiis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio.

DEus, qui justis supplicatiónibus semper præsto es, qui pia vota dignáris intuéri, qui universórum es Cónditor, et Redémptor, misericórdia quoque peccatórum, et tuórum Beatitúdo justórum, da fámulo tuo, cujus depositiónis hódie officium humanitátis exhibémus, cum Sanctis, et Eléctis tuis beáti múneris portiónem, eúmque a corpóreis néxibus absolútum, in Resurrectióne Electórum tuórum fácias præsentári. Per Christum Dóminum nostrum.

℟ Amen.

Orémus. Oratio.

TEmeritátis quidem est, Dómine, ut homo hóminem, mortális mortálem, cinis cínerem tibi Dómino Deo nostro áudeat commendáre; sed quia terra súscipit terram, et pulvis convértitur in púlverem, donec omnis caro in suam redigátur oríginem, inde tuam, piíssime Pater, lacrymabíliter quæsumus pietátem, ut hujus fámuli tui ánimam, quam de hujus mundi vorágine cœnulénta ducis ad Pátriam, Abrahæ amíci tui sinu recípias, et refrigérii rore perfúndas: sit ab æstuántis gehénnæ truci incéndio segregáta, et beátæ requiéi, te donánte, conjúncta; et si quæ illi sunt, Dómine, dignæ cruciátibus pœnæ, tu ei grátia mitíssimæ lenitátis indúlge, nec peccáti recípiat vicem, sed indulgéntiæ tuæ piam séntiat bonitátem: cumque finíto mundi término, supérnum cunctis illúxerit Regnum, Sanctórum ómnium cœtibus aggregátus, cum Eléctis tuis resúrgat in parte déxtera collocándus. Per Christum.

℟ Amen.

Orémus. Oratio.

DEbitum humáni córporis sepeliéndi officium fidélium more compléntes, Deum, cui ómnia vivunt,

fidéliter deprecémur, ut hoc corpus chari nostri (vel charæ nostræ) a nobis in infirmitáte sepúltum, in órdine Sanctórum suórum resúscitet, et ejus spíritum Sanctis, ac fidélibus suis aggregári júbeat, cum quibus inenarrábili glória, et perénni felicitáte pérfrui mereátur: præstánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, et Spíritu sancto vivit, et regnat Deus, Per ómnia sécula seculórum.

℟ Amen.

Prædicta Oratione finita, Cantor alta voce incipiat Antiphonam: Clementíssime. et Conventus eam prosequatur. In fine vero Antiphonæ, cum inchoabitur: Dómine. omnes flectant genua, et dicto: Super peccatóre: surgant.


ANTIPHONA.

Clemen tíssime Dó mine, qui pro nostra


mi sé ri a ab impiórum ma nibus mor tis

sup plí ci um per tu lí sti: lí be ra á ni mam


e jus de in férni vo rá gine: et




de mi nístris tar táre is mi se rá tor



ab sólve: et cuncta ejus pec cá ta




o bli vi ó ne perpé tu a dele: e ám que



ad lu cem tu am An ge li tra hant, Para di-




sí que já nu am intro dúcant: Cantores:




Ut dum corpú sculum púl ve ri trá ditur



Conventus. Ad æterni tá tem per dú cant.



Omnes genua flectant. Dó mine mise ré re



Finita prædicta Antiphona, Sacerdos subjungat:

℣ A porta ínferi.
℟ Erue Dómine ánimam ejus.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum Spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

SAtisfáciat tibi, Dómine Deus noster, pro ánima fámuli tui Fratris nostri (vel fámulæ tuæ Soróris nostræ) sanctæ Dei Genitrícis, sempérque Vírginis Maríæ, et Beáti Domínici Confessóris tui Patris nostri, et Beatórum Petri, Pii, Antoníni, Thomæ, Vincéntii, Hyacínthi, Raymúndi, Ludovíci, Catharínæ, Rosæ, Agnétis, et Catharínæ, omniúmque Sanctórum tuórum orátio, et præséntis famíliæ tuæ húmilis, et devóta supplicátio, ut peccatórum ómnium véniam, quam precámur, obtíneat: nec eum (vel eam) patiáris cruciári gehennálibus flammis, quem (vel quam) Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi pretióso Sánguine redemísti. Per eúmdem Christum.


℟ Amen.

Orémus. Oratio.

DEus, cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt, fámulis, et famulábus tuis ómnibus hic, et ubíque in Christo quiescéntibus da propítius véniam peccatórum, ut a cunctis reátibus absolúti tecum sine fine læténtur. Per eúmdem Christum.

℟ Amen.

Hac Oratione finita, Cantor incipiat Psalmum Miserére. hoc modo.



Et Fratres ipsum prosequendo, revertantur in Chorum eo ordine, quo venerunt: ita tamen, ut illi quatuor, qui corpus portaverunt, post Conventum immediate sequantur in utroque Choro hinc, et inde, et post eos sequatur Diaconus, et post eum Sacerdos. Cum autem ad Chorum pervenerint, aliis euntibus ad loca sua, et Stolas, ac libellos deponentibus, Sacerdos ante gradus Presbyterii eat, et juxta eum ad dexteram Diaconus, et Subdiaconus ad sinistram: deinde illi quatuor, qui corpus portaverunt, duo hinc, et duo inde, et juxta eos Acolythi hinc, et inde: et juxta Acolythos illi, qui aquam, et thuribulum portaverunt, similiter hinc, et inde. Finito Psalm. Miserére, et terminato per ℣ Réquiem ætérnam, Conventus prosternat se super formas, et Sacerdos cum ceteris, qui ibi sunt, prosternat se super gradus Presbyterii, et dicto Réquiem, absque Kyrie eléison. dicant omnes in silentio, Pater noster. quo finito Sacerdos erectus solus dicat alta voce.

℣ Et ne nos indúcas.
℟ Sed líbera nos a malo.
℣ In memória ætérna erunt justi.
℟ Ab auditióne mala non timébunt.

℣ Dómine exáudi oratiónem meam.
℟ Et clamor meus ad te véniat.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

ABsólve, Dómine, ánimam fámuli tui (vel fámulæ tuæ) et ánimas famulórum, famularúmque tuárum ab omni vínculo delictórum, ut in Resurrectiónis glória inter Sanctos, et Eléctos tuos resuscitáti respírent. Per Christum Dóminum nostrum.

℟ Amen.
℣ Requiéscant in pace.
℟ Amen.

Deinde Sacerdos prosternat se ut prius, et omnes dicant in silentio Pater noster. et facto signo a Prælato surgant. Quod si aliqua Hora immediate dicenda fuerit, dicto ℣ Requiéscant in pace. fiat signum a Prælato, et dicto Pater noster. inchoetur Hora.

Quæ circa sepulturam Fratris notata sunt, ubi commode non possunt servari plenarie, propter paucitatem Fratrum, minuatur de solemnitate notata: et fiat prout Prælato videbitur faciendum.

Hoc idem fiat circa sepulturam extraneorum, sive sint pauci, sive multi Fratres, ubi consuetum est: excepto, quod ad eorum corpora deferenda non ponantur Fratres, et quod Antiph. prædicta Clementíssime. non cantetur, nisi in casu pro aliquibus Personis, quibus Ordo magis tenetur, cum specialis devotio id requirit: quod tamen non est facile faciendum.

Quando igitur prædicta Antiph. non cantatur, finita Oratione Débitum. dicat Sacerdos alta voce: Pater noster.

℣ Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟ Sed líbera nos a malo.

℣. **A porta ínferi.**
℟. **Erue, Dómine, ánimam ejus.**
℣. **Dóminus vobíscum.**
℟. **Et cum spíritu tuo.**

O**rémus** Oratio. S**atisfáciat tibi.** et D**eus, cujus miseratióne.** ut supra notata sunt pag. 384.

DE MODO RECIPIENDI EXTRANEOS AD SEPULTURAM.

QUando aliquis Extraneus in nostro Cœmeterio est sepeliendus, si talis fuerit, qui a Conventu suscipi debeat, pulsetur tempore competenti signum a Sacrista. Quo audito, Fratres ad Chorum veniant, et ad recipiendum corpus se præparent. Interim Sacrista aliquos de junioribus advocet, qui aquam benedictam, et Crucem, et thuribulum deferant.

Omnibus itaque præparatis, cum illi, qui deferunt corpus, Ecclesiæ appropinquant, Fratres exeant processionaliter de Choro in Ecclesiam Laicorum, et eant obviam corpori, præcedente aqua benedicta, et thuribulo: deinde Crux sequatur: post Crucem aliquis Sacerdos habens stolam: et hi omnes, sicut ceteri, sint in Cappis.

Si statim pro eo debeat Missa celebrari, Sacerdos, et Ministri induantur interim, ut, cum Fratres in Chorum venerint, parati sint ad Missam.

Processione itaque exeunte de Choro, procedant antiquiores usque ad ostium Ecclesiæ, et ceteri suo ordine subsequantur. Et cum corpus ad ostium Ecclesiæ pervenerit, mox a Sacerdote aspergatur, et thurificetur. Deinde Cantore incipiente ℟. **Líbera me Dómine.** et Conventu illud prosequente, corpus usque

in medium Ecclesiæ, vel si Prælato visum fuerit, usque in Chorum deportetur, ibique deponatur.

Quando in Ecclesia deponitur, debet Conventus tamdiu ibi subsistere, quousque ℟ incœptum cum suo ℣ et resumptione finiatur, et a Sacerdote dicatur.

℣ A porta ínferi.
℟ Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣ Dóminus vobíscum.
℟ Et cum spíritu tuo.

Orémus Oratio Inclína: vel si Sacerdos, aut Episcopus fuerit: Deus, qui inter Apostólicos: vel si Femina fuerit: Quæsumus Dómine: ut supra pag. 373. Et sic posita Cruce ad caput Defuncti, et cereis accensis, Processio, præcedentibus junioribus, revertatur in Chorum.

Quando vero corpus usque in Chorum fuerit deportandum, incœpto ℟ prædicto, revertantur Fratres in Chorum, et deposito corpore, fiat sicut prædictum est, quando in Ecclesia exteriori deponitur. Quod si aliqua venerabilis Processio cum corpore venerit, Fratres nostri debent ei cedere: et in Choro priores sedes ei relinquere.

Quando autem Defunctus est ad tumulum deferendus, si aliqua processio præsens est, processio nostra novissimo loco debet incedere: et cum ad tumulum pervenerit, quantum possibilitas loci patitur, seorsum ab aliis simul stare. Humato corpore, eo modo, quo exierunt, debent reverti.

Si autem Defunctus sine Processione recipiendus sit, Sacerdos aliquis cum stola, et aliqui deferentes aquam benedictam, et thuribulum, quibus Sacrista dixerit, exeant, et incœpto ℟ Líbera me, Dómine: ut supra aspergat eum, et thurificet, et sic in Ecclesiam introducatur. Dicto ℟ et ℣ cum resumptione, dicat

Sacerdos ℣ A porta inferi. ℣ Dóminus vobíscum. et Orationem: Inclína: vel aliam ex supradictis pag. 373.

OFFICIUM SEPULTURÆ EXTRANEORUM.

NOn intres in judícium cum servo tuo (vel ancílla tua) Dómine, quóniam nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio: non ergo eum (vel eam) tua judiciális senténtia premat, quem (vel quam) tibi vera supplicátio fidei Christiánæ comméndat: sed grátia tua illi succurrénte, mereátur evádere judícium ultiónis, qui (vel quæ) dum víveret insignítus (vel insignita) est signáculo sanctæ Trinitátis. Per Christum Dóminum nostrum.

Deinde Cantor incipiat ℟ Líbera me Dómine.

Quod dum cantatur, Sacerdos corpus aspergat, et thurificet. Finito ℟ et dicto Kyrie eléison: Sacerdos subjungat Pater noster. ℣ Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℣ A porta ínferi. ℣ Dóminus vobíscum.

Deinde dicat unam ex sequentibus Orationibus ad libitum.

Orémus. Oratio.


DEus, cui ómnia vivunt, et cui non péreunt moriéndo córpora nostra, sed mutántur in mélius, te súpplices deprecámur, ut quidquid ánima fámuli tui (vel fámulæ tuæ) vitiórum, tuæque voluntáti contrárium, fallénte diábolo, et própria iniquitáte, atque fragilitáte contráxit, tu pius, et miséricors ábluas indulgéndo. Per Christum Dóminum etc.

Alia Oratio.

FAc, quæsumus Dómine, hanc cum servo tuo defúncto (vel fámula tua defúncta) misericórdiam, ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui (vel quæ) tuam in votis ténuit voluntátem; et quia hic illum (vel illam) vera Fides junxit fidélium turmis, illic eum (vel eam) miserátio tua sóciet Angélicis Choris. Per Christum Dóminum etc.

Alia Oratio: Inclína Dómine: vel si Sacerdos, vel Episcopus fuerit: Deus, qui inter Apostólicos: vel si fuerit Femina: Quæsumus Dómine pro tua: ut supra pag. 373.

Responso Amen: Sacerdos incipit Antiphonam.



Omnis spí ri tus laudet Dóminum.

Et Cantor Psal. 148. Laudáte Dóminum de cælis, etc. et sic proceditur ad locum Sepulturæ.

Finito Psalmo, et Antiphona, et dicto Kyrie eléison. Sacerdos subjungit: Pater noster, et aspergit, et thurificat corpus, et fossam: postea dicit: ℣ Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℣ A porta ínferi. ℣ Dóminus vobíscum, et Orationes: Satisfáciat tibi Dómine. Deus, cujus miseratióne. ut supra pag. 384. Et responso a Conventu Amen: subjungat Sacerdos ℣ Requiéscant in pace. ℟ Amen.


OFFICIUM SEPULTURÆ PARVULORUM.

DUm corpus Pueri in Ecclesia collocatum fuerit, Sacerdos voce mediocri sine Dóminus vobíscum. et sine Orémus. dicat sequentem Orationem.

Oratio.

DEus omnípotens, Redémptor mundi, Dómine Jesu Christe, apud quem mortuórum spíritus vivunt, et in quo Electórum ánimæ, depósito carnis ónere, plena felicitáte lætántur, grátias ágimus ineffábili pietáti tuæ, qua ánimam fámuli tui (vel fámulæ tuæ) imágine tua insignítam, et pretióso Sánguine tuo redémptam, de láqueis hujus séculi liberáre dignátus es, ut ætérnæ tuæ lucis solátio fruerétur, et concéssa sibi vénia originális peccáti, per lavácrum regeneratiónis Spíritus sancti, optáta quiétis consequerétur gáudia, ómnibus Eléctis tuis æternáliter repromíssa. Qui vivis, et regnas etc.

Responso Amen. unus Frater, cui Cantor innuerit, incipiat Antiphonam.



Sit Nomen Dómini benedíctum in sécula.

Et Cantor Psalm. 112. Laudáte púeri Dóminum. Glória Patri.

Interim, dum cantatur Psalmus, Sacerdos corpus aspergat, et thurificet: et finito Psalmo, et Antiphona, et dicto Kyrie eléison. subjungat: Pater noster.


℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Sínite párvulos veníre ad me.
℟. Tálium est enim Regnum cælórum.
℣. In memória ætérna erit justus.
℟. Ab auditióne mala non timébit.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Omnípotens, et mísericors Deus, qui ómnibus párvulis renátis Baptísmate, dum migrant a século, sine ullis eórum méritis, vitam íllico largíris ætérnam, sicut ánimæ hujus párvuli (vel párvulæ) crédimus te fecísse, fac nos, quæsumus Dómine, per intercessiónem Beátæ Maríæ Vírginis, et Beáti Domínici Confessóris tui, Patris nostri, et ómnium Sanctórum tuórum, hic purificátis tibi méntibus famulári, et in Paradíso beátis párvulis perénniter sociári. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Deinde aliquis Frater incipiat Antiphonam.



In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus. et Cantor sequentem Psalmum.

Psalmus 137.

Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo: * quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi: * adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, et veritate tua: * quoniam magnificasti super omne, Nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te exaudi me: * multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ: * quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini: * quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit: * et alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: * et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: * Domine, misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias.


Gloria Patri.

Finito Psalmo, et Antiphona, et dicto Kyrie eléison. Sacerdos subjungat: Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor Nómini tuo.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
Orémus. Oratio.

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria, hominúmque dispénsas, concéde propítius, ut a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Christum.
℟. Amen.

Postea Sacerdos intonet Antiphonam.



Omnis spí ri tus laudet Dóminum. et Cantor Psal. 148. Laudáte Dóminum de cælis. Réquiem. Dum hic Psalmus dicitur, vadant ad Sepulturam. Finita post Psalmum Antiphona, et dicto Kyrie eléison. Sacerdos subdat: Pater noster.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
Orémus. Oratio.

Deus, cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt, fámulis, et famulábus tuis ómnibus hic, et ubíque in Christo quiescéntibus da propítius véniam peccatórum, ut a cunctis reátibus absolúti, tecum sine fine læténtur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.
℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.

OFFICIUM DEFUNCTORUM

Ad Vesperas Antiphona.



Lacébo Dómino in regióne vivórum.

Psalm. 114. Diléxi, quóniam.

Antiph. Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est.

Psalm. 119. Ad Dóminum cum tribulárer.

Antiph. Dóminus custódit te ab omni malo: custódiat ánimam tuam Dóminus.

Psalm. 120. Levávi óculos meos.

Antiph. Si iniquitátes observáveris Dómine, Dómine quis sustinébit?

Psalm. 129. De profúndis.

Antiph. Opera mánuum tuárum, Dómine, ne despícias.

Psalm. 137. Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo: * quóniam.

Ad Magnificat, Antiphona.

Audívi vocem de cælo dicéntem mihi: Beáti mórtui, qui in Dómino moriúntur.

Canticum Magnificat. Finita Antiph. post Magnificat dicitur: Pater noster. secreto, et mox alte:

Psalm. 145. Lauda ánima mea. Réquiem ætérnam.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue, Dómine, ánimas eórum.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orationes vero hoc ordine dicentur. Si fiant Vigiliæ pro aliquo Episcopo, vel Sacerdote, dicatur prima Oratio: Deus, qui inter Apostólicos. Si pro quocumque alio Viro: Inclína. Si pro Femina: Quæsumus, Dómine. secunda: Deus véniæ. tertia: Fidélium.

Si fit Officium ordinarium pro Fratribus, Familiaribus, et Benefactoribus: prima: Deus, véniæ. secunda: Deus, qui nos patrem. tertia: Fidélium.

In omni Anniversario prima: Deus indulgentiárum. secunda: Deus véniæ. tertia: Fidélium.

Si simul eveniat Obitus, et Anniversarium, dimittatur Oratio: Deus véniæ. et prima dicatur pro præsenti Defuncto: secunda de Anniversario: tertia non mutetur. Fiant etiam prostrationes, si eo die factæ sunt in Choro ad Horas Canonicas.

Pro Episcopo, vel Sacerdote Defuncto.

Oratio.

Deus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum Pontificáli (vel Sacerdotáli) fecísti dignitáte vigére, præsta quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum nostrum.

Pro Viro defuncto.

Oratio.

Inclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur, ut ánimam fámuli tui, quam de hoc século migráre jussísti, in pacis, ac lucis regióne constítuas, et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum.

Pro Femina defuncta.

Oratio.

Quæsumus, Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ, et a contágiis mortalitátis exútam in ætérnæ salvatiónis partem restítue. Per Dóminum nostrum.

In omni Anniversario. Oratio.

DEus indulgentiárum Dómine, da animábus famulórum, famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiónis diem commemorámus, refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum.

Pro Fratribus, Familiaribus, et Benefactor. defunctis.
Oratio.

DEus véniæ largítor, et humánæ salútis auctor, quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ congregatiónis fratres, soróres, familiáres, et benefactóres, qui ex hoc século transiérunt, Beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ Beatitúdinis consórtium pervenire concédas. Per Dóminum nostrum.

Pro Parentibus defunctis.
Oratio.

DEus, qui nos patrem, et matrem honoráre præcepísti, miserére cleménter animábus paréntum nostrórum, eorúmque peccáta dimítte, nosque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum.

Pro omnibus Fidelibus Defunctis.
Oratio.

FIdélium, Deus, ómnium Cónditor, et Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum, ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur. Qui vivis, et regnas.

In fine ultimæ Orationis non dicatur Dóminus vobíscum, nec Benedicámus Dómino, sed tantum ℣ Requiéscant in pace. ℟ Amen.

AD MATUTINUM.

Absque Pater noster. et Credo. absolute incipitur.

IN I. NOCTURNO.

Antiph. i. Dírige, Dómine Deus meus, in conspéctu tuo viam meam.

Psal. 5. Verba mea.

Antiph. ii. Convértere Dómine, et éripe ánimam meam, quóniam non est in morte, qui memor sit tui.

Psal 6. Dómine, ne in furóre.

Antiph. iii. Ne quando rápiat ut leo ánimam meam, dum non est, qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Psal. 7. Dómine Deus meus.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue, Dómine, ánimas eórum. Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

Sine benedictione, et sine titulo legantur omnes sequentes Lectiones.

Lectio i. Job. 7.

PArce mihi, Dómine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? Aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi, o Custos hóminum? Quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam, et si mane me quæsíeris, non subsístam.

Lectiones terminentur sine Tu autem. vel alia conclusione.

℟. i. Credo, quod Redémptor meus vivit, et in no-

víssimo die de terra surrectúrus sum, et in carne mea vidébo Deum * Salvatórem meum.

℣ Quem visúrus sum ego ipse, et non alius, et óculi mei conspectúri sunt. Salvatórem.

Lectio ii. Job. 10.

TÆdet ánimam meam vitæ meæ, dimíttam advérsum me elóquium meum. Loquar in amaritúdine ánimæ meæ, dicam Deo: Noli me condemnáre. Indica mihi, cur me ita júdices? Numquid bonum tibi vidétur, si calumniéris me, et ópprimas me opus mánuum tuárum, et consílium impiórum ádjuves? Numquid óculi cárnei tibi sunt, aut sicut videt homo, et tu vidébis? Numquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humána sunt témpora, ut quæras iniquitátem meam, et peccátum meum scrutéris? Et scias, quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit erúere.

℟ ii. Qui Lázarum resuscitásti a monuménto fœtidum: * Tu eis, Dómine, dona réquiem, et locum indulgéntiæ.

℣ Qui ventúrus es judicáre vivos, et mórtuos, et séculum per ignem. Tu eis.

Lectio iii. Job. 10.

MAnus tuæ, Dómine, fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu, et sic repénte præcípitas me? Meménto quæso, quod sicut lutum féceris me, et in púlverem redúces me. Nonne sicut lac mulsísti me, et sicut cáseum me coagulásti? Pelle, et cárnibus vestísti me, óssibus, et nervis compegísti me. Vitam, et misericórdiam tribuísti mihi, et visitátio tua custodívit spíritum meum.

℟ iii. Dómine, quando véneris judicáre terram ubi me abscóndam a vultu iræ tuæ? * Quia peccávi nimis in vita mea.

℣ Commíssa mea pavésco, et ante te erubésco: dum véneris judicáre, noli me condemnáre. Quia.

IN II. NOCTURNO.

Antiph. iv. In loco páscuæ ibi me collocávit.

Psalm. 22. Dóminus regit me.

Antiph. v. Delícta juventútis meæ, et ignorántias meas ne memíneris Dómine.

Psalm. 24. Ad te, Dómine, levávi.

Antiph. vi. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.

Psalm. 26. Dóminus illuminátio mea.

℣ In memória ætérna erunt justi.

℟ Ab auditióne mala non timébunt.

Lectio iv. Job. 13.

REspóNde mihi, quantas hábeo iniquitátes, et peccáta: scélera mea, et delícta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscóndis, et arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, osténdis poténtiam tuam, et stípulam siccam perséqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti. Qui quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum, quod coméditur a tínea.

℟. iv. Heu mihi, Dómine, quia peccávi nimis in vita mea. Quid fáciam miser? Ubi fúgiam, nisi ad te Deus meus? Miserére mei, dum véneris, * In novíssimo die.

℣ Anima mea turbáta est valde, sed tu, Dómine, succúrre ei. In novíssimo die.

Lectio v. Job. 14.

HOmo natus de mulíere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur, et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eó-

dem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in judícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? Nonne tu, qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est: constituísti términos ejus, qui præteríri non póterunt. Recéde páullulum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies ejus.

℟. v. Ne recordéris peccáta mea, Dómine: * Dum véneris judicáre séculum per ignem.

℣. Dírige, Dómine Deus meus, in conspéctu tuo viam meam. Dum.

Lectio vi. Job. 14.

QUis mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me, et abscóndas me donec pertránseat furor tuus, et constítuas mihi tempus, in quo recordéris mei? Putasné mórtuus homo rursum vivat? Cunctis diébus, quibus nunc mílito, expécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti: sed parce peccátis meis.

℟. vi. Dómine, secúndum actum meum noli me judicáre: nihil dignum in conspéctu tuo egi: * Ideo déprecor majestátem tuam, ut tu Deus déleas iniquitátem meam.

℣. Amplius lava me, Dómine, ab injustítia mea, et a delícto meo munda me, quia tibi soli peccávi. Ideo déprecor.

IN III. NOCTURNO.

Antiph. vii. Compláceat tibi, Dómine, ut erípias me: Dómine ad adjuvandum me réspice.

Psal 39. Expéctans.

Antiph. viii. Sana, Dómine, ánimam meam, quia peccávi tibi.

Psalm. 40. Beátus, qui intélligit super egénum, et páuperem.

Antiph. ix. Sitívit ánima mea ad Deum vivum, quando véniam, et apparébo ante fáciem Dómini?

Psalm. 41. Quemádmodum.

℣. Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi.

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Lectio vii. Job. 17.

SPíritus meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, et solum mihi súperest sepúlchrum. Non peccávi, et in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me, Dómine, et pone me juxta te, et cujúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitatiónes meæ dissipátæ sunt torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, et rursum post ténebras spero lucem. Si sustinúero inférnus domus mea est, et in ténebris strávi léctulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es: mater mea, et soror mea vérmibus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea, et patiéntia mea? Tu es Dómine Deus meus.

℟. vii. Peccántem me quotídie, et non me pœniténtem, timor mortis contúrbat me: * Quia in inférno nulla est redémptio; miserére mei Deus, et salva me.

℣. Deus in nómine tuo salvum me fac, et in virtúte tua líbera me. Quia.

Lectio viii. Job. 19.

PElli meæ, consúmptis cárnibus, adhæsit os meum, et derelícta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturá-

mini? Quis mihi tribuat, ut scribántur sermónes mei? Quis mihi det, ut exaréntur in libro stylo férreo, et plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim, quod Redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum, et rursum circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum Salvatórem meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

℟ viii. Meménto mei Deus, quia ventus est vita mea: * Nec aspíciet me visus hóminis.

℣ Et non revertétur óculus meus, ut vídeat bona. Nec.

Lectio ix. Job. 10.

QUare de vulva eduxísti me? Qui útinam consúmptus essem, ne óculus me vidéret. Fuíssem, quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam páullulum dolórem meum, antequám vadam, et non revértar, ad terram tenebrósam, et opértam mortis calígine, terram misériæ, et tenebrárum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

℟ ix. Líbera me, Dómine, de morte ætérna, in die illa treménda: * Quando cæli movéndi sunt, et terra: * Dum véneris judicáre séculum per ignem.

℣ Dies illa, dies iræ, calamitátis, et misériæ, dies magna, et amára valde. Quando cæli. usque Dum véneris. exclusive.

℣ Tremens factus sum ego, et tímeo, dum discússio vénerit, atque ventúra ira. Dum véneris.

℣ Creátor ómnium rerum Deus, qui me de limo terræ formásti, et mirabíliter próprio Sánguine redemísti, corpúsque meum, licet modo putréscat, de se-

púlchro fácies in die judícii resuscitári: exáudi, exáudi me, ut ánimam meam in sinu Abrahæ Patriárchæ tui júbeas collocári. Libera. usque ad primum ℣ exclus.

RESPONSORIUM.

Lí bera me, Dó mine, de mor te

æ tér na in di e il la tre mén-

da: * Quan do cæ li mo-


vén di sunt, et ter ra: * Dum vé-

é ne ris ju di cá-


re sé culum per

i gnem.

Cantores in medio Processionis cantent sequentes versus.








Hæc resumptio Quando. dicitur usque Dum véneris. exclusive, quoties erit dicenda.












quid fá ciam, dum nil bo ni pér feram



ante tan tum jú di cem? * Quando.



℣. Nunc, Christe, te pé timus, mi se ré re



quæsumus, qui ve ní sti re dí me re pér-


di tos, noli damná re re démptos. * Dum.



℣. Cre á tor ómni um re rum De us, qui


me de li mo ter ræ for másti, et mi ra bi-



li ter pró pri o Sán guine re de mí sti, cor-




pús que me um, li cet mo do pu tréscat,




de se púl chro fá cies in di e




ju dí ci i. re su sci tá ri: ex áu di,




ex áu di me, ut á ni mam me am



in si nu A brahæ Patri árchæ tu i




júbe as



col lo cá ri.

Repetitur a Choro.



℟. Lí bera me Dó mi ne. usque ad ℣. Dies illa. exclusive.

IN LAUDIBUS.

Antiph. i. Exultábunt Dómino ossa humiliáta.

Psalm. 50. Miserére mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Antiph. ii. Exáudi, Dómine, oratiónem meam: ad te omnis caro véniet.

Psalm. 64. Te decet.

Antiph. iii. Me suscépit déxtera tua, Dómine.

Psalm. 62. Deus, Deus meus: * ad te de luce vígilo.

Antiph. iv. A porta ínferi, érue, Dómine, ánimas eórum.

Canticum. Ego dixi.

Antiph. v. Omnis spíritus laudet Dóminum.

Psalm. 148. Laudáte Dóminum de cælis.

Ad Benedictus Antiphona.

Ego sum resurrectio, et vita: qui credit in me, etiamsi mórtuus fúerit, vivet: et omnis, qui vivit, et credit in me, non moriétur in ætérnum.

Canticum. Benedíctus Dóminus Deus Israel.

Finita post Canticum Antiphona, dicatur Pater noster. et Psalm. 129. De profúndis. prout supra dictum est de Psalm. Lauda ánima mea Dóminum.

Deinde ℣ A porta ínferi.

℟ Erue Dómine ánimas eórum.

℣ Dóminus vobíscum.

℟ Et cum spíritu tuo. Orémus.

Orationes ut supra in Vesperis pag. 395.

LAUS DEO.



INDEX

EORUM, QUÆ IN HOC COLLECTARIO CONTINENTUR

IMPRIMATUR. Fr. A. V. Modena Or. Pr. S. P. A. Mag. Soc.
IMPRIMATUR. J. Canali Patriarcha Constantinop. Vicesg.

SUPPLEMENTUM

AD

COLLECTARIUM

SACRI ORD. FF. PRAEDICATORUM

CAPITULA

DIE 8. DECEMBRIS
IN CONCEPTIONE IMMACULATA B. M. V.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam.

Capitulum. Prov. 8.

Dóminus possédit me in inítio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípio; ab aetérno ordináta sum, et ex antíquis ántequam terra fieret: nondum erant abyssi, et ego jam concépta eram.

Ad Sextam.

Capitulum. Ezech. 44.

Porta haec clausa erit: non aperiétur, et vir non intrábit per eam; quóniam Dóminus Deus Israël ingréssus est per eam, erítque clausa príncipi: princeps ipse sedébit in ea.

Ad Nonam.

Capitulum. Apoc. 12.

Signum magnum appáruit in caelo; Múlier amícta sole, et luna sub pédibus ejus: et in cápite ejus coróna stellárum duódecim.

DOM. INFR. OCT. EPIPHANIAE

IN INVENTIONE D. N. J. C. IN TEMPLO

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam.

Capitulum. Isai. 55.

Omnes sitiéntes veníte ad aquas; et qui non habétis argéntum, properáte, émite, et comédite: veníte, émite absque argénto, et absque ulla commutatióne vinum, et lac.

Ad Sextam.

Capitulum. Act. 3.

Móyses dixit; Quóniam Prophétam suscitábit vobis Dóminus Deus vester de frátribus vestris, tamquam me: ipsum audiétis juxta ómnia quaecúmque locútus fúerit vobis.

Ad Nonam.

Capitulum. Sap. 8.

Habébo propter sapiéntiam claritátem ad turbas, et honórem apud senióres júvenis; et acútus invéniar in judício: et in conspéctu poténtium admirábilis ero.

DOM. PRIMA POST OCT. TRINITATIS

In festo

PURISSIMI CORDIS B. MARIAE VIRG.

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam.

Capitulum. Cant. 8.

Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum; quia fortis est ut mors diléctio, dura sicut inférnus aemulátio: lámpades ejus lámpades ignis, atque flammárum.

Ad Sextam.

Capitulum. Eccl. 24.

Ego ex ore Altíssimi prodívi, primogénita ante omnem creatúram; ego feci in caelis, ut orirétur lumen indefíciens: et sicut nébula texi omnem terram.

Ad Nonam.

Capitulum. Eccl. 24.

In omni terra steti, et in omni pópulo; et in ómnibus réquiem quaesívi: et in hereditáte Dómini morábor.

DIE IX. JULII

In festo

SS. JOANNIS ORD. PRAED. ET SOC. MART. GORCOMIENSIUM

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam.

Capitulum. Apoc. 12.

Sancti vicérunt propter sánguinem Agni, et propter verbum testimónii sui, et non dilexérunt ánimas suas usque ad mortem.

Ad Sextam.

Capitulum. Sap. 5.

Justi accípient regnum decóris, et diadéma speciéi de manu Dómini; quóniam déxtera sua teget eos: et bráchio sancto suo defféndet illos.

Ad Nonam.

Capitulum. Hebr. 12.

Accessístis ad Sion montem, et civitátem Dei vivéntis, Jerúsalem caeléstem; et multórum míllium Angelórum frequéntiam: et Ecclésiam primitivórum, qui conscrípti sunt in caelis.

DIE IV. OCTOBRIS

In festo

S. PATRIS FRANCISCI CONFESSORIS ORD. MINORUM FUNDATORIS

Ad Vesperas, Laudes, et Tertiam.

Capitulum. Galat. 6.

Fratres, Mihi autem absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

Ad Sextam.

Capitulum. Galat. 6.

Et quicúmque hanc régulam secúti fúerint: pax super illos, et misericórdia, et super Israël Dei.

Ad Nonam.

Capitulum. Galat. 6.

De cétero nemo mihi moléstus sit: ego enim stígmata Dómini Jesu in córpore meo porto; Grátia Dómini nostri Jesu Christi: cum spíritu vestro, fratres, Amen.

VERSICULI ANTE LAUDES

IN CONCEPTIONE IMMACULATA B. MARIAE VIRG.

℣. In Conceptióne tua immaculáta, Dei génitrix Virgo.

IN INVENTIONE D. N. J. C. IN TEMPLO

℣. Deus deórum Dóminus locútus est.

IN FESTO BB. DOMINICI ET GREGORII ORD. PRAED.

℣. Oráte pro nobis beáti Domínice et Gregóri.

IN FESTO PURISSIMI CORDIS B. MARIAE VIRG.

℣. Ora pro nobis sancta Dei génitrix.

IN FESTIS PLURIMORUM MARTYRUM ORD. PRAED.


℣. Ora pro nobis beáte N. cum sóciis tuis.

ANTIPHONAE

DIE 8. DECEMBRIS


IN CONCEPTIONE IMMAC. B. M. V.

In Vesp. et in Laud. super Psal. Antiph.




To ta pulcra es.

Ad Magnificat. Antiph.




Be á tam me dicent omnes generatiónes: quia fecit mihi magna, qui potens est, allelúja.

Ad Nunc dimittis. Antiphona.




Cor de et ánimo Christo canámus glóriam, in hac sacra solemnitáte praecélsae genitrícis Dei Maríae.

Ad Benedictus. Antiph.



A it Dóminus Deus ad serpéntem: Inimicítias ponam inter te et mulíerem, et semen tuum et semen illíus: ipsa cónteret caput tuum, allelúia.

Ad Magnificat. Antiph.



Hó di e egréssa est virga de radíce Jesse: hódie sine ulla peccáti labe concépta est María:

hódie contrítum est ab ea caput serpéntis antíqui, allelúja.

Per Oct. Antiph. ad Benedictus. et ad Magnificat. ut in die.

DOM. INF. OCT. EPIPH.

IN INVENTIONE D.N.J.C. IN TEMPLO


In Vesp. et in Laud. super Psal. Antiph.

I bant.

Ad Magnificat. Antiph.

Re mánsit puer Jesus in Jerúsalem, et non cognovérunt paréntes ejus, existimántes illum esse in comitátu: et requirébant eum inter cognátos, et notos.

Ad Nunc dimittis. Ant.



Allelú ja. Stupébant omnes, qui eum audiébant, allelúja, super prudéntia, et respónsis ejus, allelúja, allelúja.

Ad Benedictus. Antiph.



Fi li, quid fecísti nobis sic? Ego et pater tuus doléntes quaerebámus te. Quid est quod me quaerebátis? Nesciebátis, quia in his, quae Patris mei sunt, opórtet me esse? Allelúja.

Ad Magnificat. Antiph.




Pu er Je sus proficiébat sapiéntia, et aetáte coram Deo, et homínibus.

DIE 24. MAII.


B. MARIAE VIRG. TITULO AUXILIUM CHRISTIANORUM

In Vesp. et Laud. super Psal. Antiph.




Dum esset rex.

Ad Magnificat. Antiph.




Ecce María erat spes nostra, ad quam confúgimus in auxílium, ut liberáret nos: et venit in adjutórium nobis.

Ad Benedictus, Antiph.



Ad te, o sancta Dei Génitrix, clamávimus, et per te venit Dómini auxílium nobis.

Ad Magnificat. Antiph.




Sancta Ma rí a succúrre míseris, juva pusillánimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto foemíneo sexu: séntiant omnes tuum juvámen, quicúmque tuum sanctum implórant auxílium.

DOM. I. POST OCT. TRINIT.


PURISSIMI CORDIS B. MARIAE VIRG.

In Vesp. et Laud. super Psal. Antiph.




Tra he me

Ad Magnificat. Antiph.




Exultávit cor meum in Dómino, et exaltátum est cornu meum in Deo meo, quia laetáta sum in salutári tuo.

Ad Nunc dimittis. Antiphona.




Corde et ánimo Christo canámus glóriam, in hac sacra solemnitáte praecélsae genitrícis Dei Maríae.

Ad Benedictus. Antiph.



Extóllens vocem quaedam múlicr de turba, dixit illi: Beátus venter, qui te portávit, et úbera, quae suxísti.

Ad Magnificat. Antiph.




Exultávit cor meum in Deo salutári meo: quia fecit mihi magna, qui potens est.

DIE IX. JULII.


SS. JOANNIS ORD. PRAED. ET SOCIOR. MM. GORCOMIENS.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Lauda.


Ad Magnificat. Antiph.



In poténtia


bráchii tui, Dómine, dispérgens supérbos, respexísti humilitátem servórum tuórum: et ecce beátos eos dicent omnes generatiónes.

In Laud. et ij. Vesp. super Psal. Antiph.




In du it.

Ad Benedictus. Antiph.



Dó mi nus Deus Israël visitávit, et fecit redemptiónem servórum suórum: glorificávit nomen eórum in aetérnum, et eréxit cornu salútis nobis.

Ad Magnificat. Antiph.



Exal tá vit Dóminus húmiles servos suos, et suscépit eos in tabernácula sancta, recordátus misericórdiae suae.

Per Oct. Antiph. ad Benedictus et ad Magnificat ut in die.

DIE IV. OCTOBRIS


S. P. FRANCISCI CONF. ORD. MIN. FUNDATORIS.

In primis Vesp. super Psal. Antiphona.



Fran cís cus.


Ad Magnificat. Antiph.



O stu por, et gáudium, o judex homo méntium, tu nostrae milítiae currus, et auríga. Ignea, preséntibus transfigurátum Frátribus, in


solári spécie vexit te quadríga. In te signis rádians, in te ventúra núntians, requiévit spíritus duplex Prophetárum. Tuis adsta pósteris, Pater Francísce, míseris; nam incréscunt gémitus óvium tuárum.

In Laud. et ij. Vesp. Antiph.




Sanctus Francíscus.

Ad Benedictus. Antiph.



O Martyr desidério, Francísce, quanto stúdio compátiens hunc séqueris, quem passum libro réperis, quem aperuísti! Tu cóntuens in áere Seraph in cruce pósitum, ex tunc in palmis, látere, et pédibus effígiem fers plagárum Christi. Tu gregi tuo próvide, qui post felícem tránsitum, dirae prius, et lívidae, glorificátae spéciem carnis praeteendísti.


Ad Magnificat. Antiph.



O virum mirábilem in signis, et prodígiis, languóres cum daemóniis quóslibet pelléntem! Dat aurem suis ávium praedicans silvéstrium verbis intendéntem. O vitam laudábilem, qua fidem sic magníficat, sed et multos vivíficat mórtuos defúnctus. Francísce, nos caeléstium fac consórtes cívium, quibus es conjúnctus.


Per octavam.

Ad Benedictus. Antiph.



Sancte Franci sce , própera, veni, Pater, accélera ad pópulum, qui prémitur, et téritur sub ónere, pálea, luto, látere: et sepúlto Ægyptio sub sábulo, nos líbera, carnis extíncto vítio.

Ad Magnificat. Antiph.



Salve, sancte Pa ter, pátriae lux, forma Minórum, virtútis spéculum, recti via, régula morum; carnis ab exílio duc nos ad regna polórum.

ORATIONES

8. DECEMBRIS

CONCEPTIONIS IMMACULATAE B. M. V.

Oratio.

Deus, qui per immaculátam Vírginis Conceptiónem dignum Fílio tuo habitáculum praeparásti: quaesumus, ut qui ex morte ejúsdem Fílii tui praevísa, eam ab omni labe praeservásti; nos quoque mundos ejus intercessióne ad te perveníre concédas: Per eúmdem Dóminum.

22. DECEMBRIS

B. MARIAE MANCINI VID. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui beátam Maríam, tuae grátiae ubertáte praevéntam, contemplatiónis dono, et exímia in próximum charitáte mirábilem effecísti: ex ejus nobis imitatióne concéde; ut caeléstia meditántes, et áliis misericórdiam exhibéntes, aetérnam glóriam cum ipsa cónsequi mereámur: Per Dóminum.

DOMINICA INFRA OCT. EPIPHANIAE

IN INVENTIONE D. N. J. C. IN TEMPLO

Oratio.

Deus, qui húmilem Fílii tui puerítiam caelésti clarére sapiéntia voluísti: praesta, ut spíritu prudéntiae repléti; sincéra tibi humilitáte placeámus: Per eúmdem Dóminum.

DIE 12. FEBRUARII

B. REGINALDI AURELIANENSIS CONF. ORD. PRAED.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui beátum Confessórem tuum Regináldum singulári sanctíssimae Genitrícis tuae protectióne donásti: illíus nobis méritis et précibus concéde; ut ejúsdem gloriósae semper Vírginis Maríae perpétuo muniámur auxílio: Qui vivis et regnas.

DIE 18. FEBRUARII

B. LAURENTII A RIPAFRACTA CONF. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui beátum Lauréntium Confessórem tuum reguláris disciplínae stúdio, et charitátis

ardóre claréscere fecísti: ejus nobis intercessióne concéde; ut perfectióra semper exequéntes, aetérna gáudia consequámur: Per Dóminum.

DIE 21. FEBRUARII.

B. AIMONIS TAPARELLI CONF. ORD. PRAED.

Oratio.

Omnípotens misericors Deus, cui servíre regnáre est: per mérita et intercessiónem beáti Aimónis Confessóris tui, quem exímium fidei propugnatórem effecísti, concéde; ut mandátis tuis fidéliter serviéntes in terris, aetérno regno pérfrui cum ipso mereámur in caelis: Per Dóminum.

DIE 1. MARTII.

B. CHRISTOPHORI DE MEDIOLANO CONF. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui beátum Christóphorum Confessórem dignum tibi fámulum reddidísti: ejus méritis et imitatióne concéde; ut Christum in nobis tota mentis intentióne, et cordis afféctu portáre valeámus: Qui tecum vivit.

DIE 18. MARTII.
B. SYBILLINAE DE BISCOSSIS VIRG. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui beátae Sybillínae Vírginis, corporálibus lumínibus orbátae, mentem admirábili claritátis fulgóre illustráre voluísti: ejus intercessióne nobis concéde, ut supérna luce illumináti, terréna despiciámus; et aetérna efficáciter exquirámus: Per Dóminum.

DIE 9. APRILIS.
B. ANTONII PAVONII MART. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui ad unitátem fidei promovéndam, beáto António Mártyri tuo invíctam ánimi fortitúdinem contulísti: da nobis, quaesumus, ita ejus vestígia sectári; ut finem fidei nostrae salútem animárum reportémus: Per Dóminum.

DIE 21. APRILIS.
B. BARTHOLOMAEI MARTYRIS ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui beátum Bartholomaeum insígnem fidei propugnatórem effecísti; et martyrii coróna sublimásti: da nobis ejus méritis et intercessióne crucem júgiter ferre; ut cum ipso glóriae tuae mereámur esse partícipes: Per Dóminum.

DIE 26. APRILIS.
BB. DOMINICI ET GREGORII CONF. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, cujus misericórdiae non est númerus: te humíliter deprecámur; ut intercedéntibus beátis Domínico et Gregório Confessóribus tuis, a peccatórum nostrórum póndere subdúcti, glóriam ab ipsis obténtam assequámur: Per Dóminum.

DIE 28. APRILIS.
S. PAULI A CRUCE CONF.

Oratio.

Dómine Jesu Christe, qui ad mystérium crucis praedicándum, sanctum Paulum singulári charitáte donásti; et per eum nova in Ecclésia famíliam floréscere voluísti: ipsíus nobis intercessióne concéde; ut passiónem tuam júgiter recoléntes in terris, ejúsdem fructum cónsequi mereámur in caelis: Qui vivis.

DIE 24. MAII.
B. MARIAE VIRGINIS TITULO AUXILIUM CHRISTIANORUM

Oratio.

Omnípotens et misericors Deus, qui ad defensiónem pópuli christiáni in beatíssima Vírgine María perpétuum auxílium mirabíliter constituísti:

concéde propítius, ut tali praesídio muníti, certántes in vita; victóriam de hoste malígno cónsequi valeámus in morte: Per Dóminum.

DIE 29. MAII.
BB. GUILLELMI ORD. PRAED. ET SOCIORUM MART.

Oratio.

Deus, pro cujus amóre ac fidei tuéndae zelo beáti Guillélmus et sócii gládiis impiórum occubuére: praesta quaesumus; ut eórum suffrágiis, in fide stábiles, te semper ex ánimo diligámus: Per Dóminum.

DOMINICA I. POST OCT. TRINITATIS.
PURISSIMI CORDIS B. MARIAE VIRG.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui in Corde beátae Maríae Vírginis dignum Spíritus sancti habitáculum praeparásti: concéde propítius, ut ejúsdem puríssimi Cordis festivitátem devóta mente recoléntes; secúndum Cor tuum vívere valeámus: Per Dóminum.

DIE 1. JUNII.
BB. ALPHONSI ORD. PRAED. ET SOCIORUM MART.

Oratio.

Deus, qui nos beatórum tuórum Alphónsi et sociórum ejus triúmpho laetíficas; da nobis, quaesumus, eórum méritis et intercessióne, eám-

dem in fide constántiam et in ópere efficáciam: Per Dóminum.

DIE 12. JUNII.

B. STEPHANI BANDELLI CONF. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui ad errántes fidéles in viam salútis revocándos, beátum Stéphanum Confessórem tuum evangélicae praedicatiónis exímium minístrum effecísti: ejus méritis et intercessióne concéde; ut a peccátis ómnibus expedíti, sémitam mandatórum tuórum semper currámus: Per Dóminum.

DIE 3. JULII.

B. MARCI MUTINENSIS CONF. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui per beátum Marcum Confessórem tuum permúltos errántes in viam justítiae redíre fecísti: concéde, ut ejus intercessióne nos quoque a vítiis absolúti; ad aetérna gáudia perveníre felíciter valeámus: Per Dóminum.

DIE 9. JULII.

SS. JOANNIS ORD. PRAED. ET SOCIORUM MART. GORCOMIENSIUM.

Oratio.

Deus, qui beatórum Mártyrum tuórum Joánnis et sociórum ejus gloriósum pro fide tua

certámen aeternitátis láurea decorásti: concéde propítius, ut eórum méritis et imitatióne certántes in terris; cum ipsis coronári mereámur in caelis: Per Dóminum.

DIE 27. JULII.
B. AUGUSTINI DE BUGELLA CONF. ORD. PRAED.

Oratio.

Da nobis, quaesumus, Dómine Jesu: beáti Augustíni Confessóris tui méritis et imitatióne, ita carnis desidéria per poeniténtiam extínguere; ut in tua semper grátia et cognitióne crescámus: Qui vivis et regnas.

DIE 18. AUGUSTI.
MEM. S. AGAPITI MART.

In Laudibus.

Oratio.

Laetétur Ecclésia tua, Deus, beáti Agapíti Mártyris tui atque Pontíficis confísa suffrágiis: atque ejus précibus gloriósis, et devóta permáneat; et secúra consístat: Per Dóminum.

DIE 3. SEPTEMBRIS.
B. GUALAE EPISC. ET CONF. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui ad plebem tuam in pace et pietáte firmándam, beátum Gualam Confessórem ac

Pontíficem singulári grátia decorásti: ejus nobis intercessióne concéde; ut pacis stúdia operóse sectántes, úberes pietátis fructus percipiámus: Per Dóminum.

DIE 4. OCTOBRIS.
S. PATRIS FRANCISCI CONF. ORD. MINORUM FUNDAT.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Patris nostri Francísci méritis, fetu novae prolis amplíficas: tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere; et caeléstium donórum semper participatióne gaudére: Per Dóminum.

DIE 26. OCTOBRIS.
B. DAMIANI FURCHERII CONF. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui fidélium salúti procurándae beátum Damiánum Confessórem tuum, et mira dicéndi vi, et virtútibus decorásti: praesta quaesumus; ut ejus intercessióne et exémplo, veram charitátem verbo et ópere exhibeámus: Per Dóminum.

DIE 7. NOVEMBRIS.
B. PETRI DE RUFFIA MART. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui beáto Petro fámulo tuo misericórditer tribuísti pro verae fidei defensióne marty-

rio coronári: ejus méritis et intercessióne concéde; ut fide, quae per charitátem operátur, tibi júgiter placére valeámus: Per Dóminum.

DIE 29. NOVEMBRIS.
B. JACOBI DE BENEFACTIS EPISC. ET CONF. ORD. PRAED.

Oratio.

Deus, qui beáto Jacóbo Confessóri tuo atque Pontífici ómnia boni pastóris múnia fidéliter explére tribuísti: ejus intercessióne nobis concéde; ut per viam mandatórum tuórum gradiéntes, inter oves páscuae tuae perpétuo collocári mereámur: Per Dóminum.






LAUDARE
BENEDICERE
PRAEDICARE